





EDITIO VE-
NERABILIS D. MATHIE
DE MIECHOW ARTIVM ET ME-
dicinae doctoris eximij. Canonici Cracouien. &c.
pro conseruanda hominum sanitate famo-
liarissimo collecta stilbo.

Convento Redemptoriensi P.P. Reformato
ad An. 1710. propter suam etiam eternam glorię
Iosephi Czimmermanni Cracoviensis. Anno sue etatis
decimoquinto. Immatura editio, in immortalem
candorem, illius magni Medici doctoris
Mathie de Miechow.

Vos ego qui sapitis, Medicis qui fiditis omnes
Quos fluere in morbos, effluereq; leue est.
Hunc monco doctum & frugalem sumite librum.
Carius hic nihil sit, nihil fuerit melius.
Scilicet ille bonus de Miechow, ille Machaon
Noster, habet solas consilia Hippocratis.

NICOLAVS
IASKERVS SENATVS
CRACOVIEN. SECRETARIUS
Iucundissimo lectori Salutem.

PRINCEPS ILLE MEDICORVM
Galenus Pergamensis humamissime lector libro
de Sectis mortalibus sanitate nihil esse ac inueniri utio-
lius asserit, nec iniuria profecto, siue enim egregij alio-
quid ignavia contēpta post se relinquere siue scientiarū
virtutum arduos colles ascendere, Seu quod magis est
spretis mundi huius illecebris ad fœlicitatis gloriam, uero
req; beatitudinis metam peruenire uelimus, hac ipsa
summe opus est, Sublata enim sanitate quis dubitat
virtutum musarumq; fores aut non tangi a nobis aut
certe frustra pulsari, nulla siquidem ars absq; sanitatem
exerceri sed nec colligi potest, nec carpētarius operatur
nec Rethor exponit, sed nec ipsa que maxima & mater
artium esse perhibetur philosophia, sine sanitate tra-
ctari poterit, fœlicitasq; nostra politica, saltem candē
presupponit. Etenim mentem sanam in corpore sano
in sui perfectione habere uult. Quinimmo supernatu-
ralis illa quam nos iusto ueram beatitudinem appilla-
mus in adeptione sui sanitatem indiget plurimum. Inex-
haustam etenim illam a nobisq; semper expetendam fœ-
licitatem consequi non possumus nisi bene uirtusq;

Wrocław
Bibliotek
483721

uiuimus. At bene uiuere non potest quis, nisi uiuat, ho-
uero sit aut conseruatione sanitatis habite, aut restaura-
tione deperdite, Sed quid plura, nihil perfecto dijs gra-
cum, nil posteris memoria dignum, nil imitabile ceteris
ac frugiferum, nil (quod sancte scribrieq; uiuere dicitur)
expetendum fecissemus, siue tradidissemus si non ui-
xerimus, si non sani aliquandiu perstitissemus. Merito
itaq; homo ipse quod animal est (teste philosopho) pro-
uidum, sagax, memor, rationis plenum ac consilij debet
inhiare, illudq; maxime curare quod sibi admodum ne-
cessum est, quodq; ad bene uiuere conduit, ac sanitatem
ipsam conseruet, contritam restaurando, atquisitamq;
conseruando, sed quis me hercle, id aptius inuestigare
illamq; de qua mentio est sanitatem magis docere po-
terit, nisi medicus ipse. Medicina etenim est scientia sania-
tatis quidem conseruativa, egritudinū uero liberativa
secundum quas operationes. Medici saluatores ex mu-
titudine per eos deos auxiliante sanatorum iuste appello-
lantur. Et exinde Ipocras Medicinam adiectionem &
detractionem esse definit, Adiectionem quidem eorum
que desunt. Ablationem que abundant in corporibus hu-
manis. Ex quo enim natura ut Galenus primo de diebus
Creticis. c.xi. ex sententia Ipocratis inquit, non est sibi in
omnibus sufficiens quo indiget in regimine eius, sed ada-
iuatur quandoq; ab extrinsecis per emplastra & uns-
tiones totius & partis. Ideo secundum hanc uiam nos-
minauit medicum ministerium naturæ. Omnium profes-
sio disciplinarum medicina summe utilis est, & in hac

uita plurimum necessaria, cum hec ipsa sanitatem op̄e
rari & conseruare promittit & exercere. Quis enim
ignorat medicum artis sue prestantia ad omnem ætate
sexum, ad omnesq; mundi ordines pertinere, cum om-
nibus paſſim, aut sanos esse aut egrotare cōtingat, om-
nesq; ex ea utilitatem petant, sola medicina, soloq; me-
dico opus esse cunctis palam est. Medicina una est que
fatis resistit, quandoq; etiam fata propugnat, hæc pro-
stratis uitam prolongat, sanitatem restituit. Eapropter
huic arti tantum honoris tribuere maiores quod inuen-
tores suos deos uocitabant eosdem coelo dicantes. Hipo-
ille Cous medicorū maximus ob depulsam arte medica
ab Atheniensibus pestem honores illos meruit à græcis
quos Herculi decreuerant. Erecta etenim eidem ut his-
toria testis est, dicataq; aurea statua, quam nemo in-
flexis genibus inhonoratam transgredi auderet. Cum
autem non omnibus datum ac concessum sit latos Ap-
pollinis campos discurrere ac uarios eosdemq; difficiles
phisice scriptores relegere, succū quod ualetudini uni-
uscuiusq; conduceret decerpido utiliore. Effecit uir
olim clariſſimus patrieq; unicus amator dominus Ma-
thias de Miechow artiū & medicine doctor egregius)
cui uel soli tēpora illa nostra debebāt medico, summoq;
studio congesſit hasce diuersis uoluminibus sparsas ua-
geq; disiectas præceptiones que ad corporalem condu-
cant ualetudinem, tuendam seu curandam, ut exinde do-
cumēta sumere uolentibus, corpusq; in sanitate preser-
uare, prout singulis cōpetit studētibus, lōge inquisitionis

labor absit. Non omissit pius ille pater quod conserua-
tionem sanitatis magis attinebat edidit prout ante hac
semper consueuit omnium pro commodo hasce utiles
easdemq; iucundas lucubrations publice utilitati, atq;
legentium magis fauens quam curiose loquacitati, Obo-
ticere haud uoluit diuitias ingenij sui quibus ipse af-
fluentissime ad inuidiam usq; abundauit. Verum illas
pro singulari prudētia & pietate in ora uirum paſſim
uolitari permisit. Tu iucunde lector grato huius tanti
uiri munus excipe animo, lege, auideq; tractes
& innitere, fructū decerpturus, non modicū
Vale. ex edib⁹ Pretorij Crato. ad 5.
Februarij. Anno. I 5 3 5.

AD LECTOREM OCTOSTICHON.

Artis Apollone⁹ summis, est iste libellus
Lectus, quem uocites nomine ἀρχαγάτιον
Quod tanquam paſſim, pratis ridentibus agmen
Melliparæ gentis, dulcia mella parat
Sic nimis ex ampio medicorum colligit aruo
Lilia, uir genio magnus, & arte potens.
Ergo ualetudoq; Galeni, & Nestoris etas
τῶν χεργας δὲ θεῶν. Si tibi, summe, placent.

M . P . F .

A ij

EDITIO VENERABILIS
DOMINI MATHIE DE MIECHOW
Artium & Medicinæ doctoris, Canonici Crao-
couien. Ad conseruandam sanitatem, Pro
amicis & sodalibus suis collecta.

QVONIAM GENVS HUMANVM
arte & ratione uiuit. Inquit Aristoteles primo
Methaphysice suæ. Expedit habere noticiam &
artem bene uiuendi ac sanitatem conseruandi, in rebus
corpus nostrum alterantibus quales sunt: aer, cibus, po-
tus, aqua, uinum, ceruisia & cætere res non naturales
corpora nostra permutantes. Pro utilitate itaq; & cona-
seruatione sanitatis amicorum meorum: tam maiorum
quam minorum magistrorum & scolarium ponam alio
qui documenta bono regimini inseruictia, ut unusquisque
aliquippiam mure apis mellifere decerpatur, & pro usu
suo carpat. Aut theoriam discendi aut usum practicandi,
uel qnod suo ordini competit oblectandi & disputandi.
Et quia amicus est alter ego. Sic uolo loqui & euidē
breuiter ut amico sit utile, ut sit ei sicut mihi metipsi
commune, & ut sit carum & delectabile. Que enim
amicorum sunt communia, utilia, & amabilia sunt,
Primum autem salutem seruans aut corrumpens est
Aer, sine cuius inspiratioe non uiuimus. Ideo primum
de aere in nomine domini incipio.

TRACTATVS PRIMVS

DE AERE.

CAPITVLVM PRIMVM

Dixit Eraclitus philosophus. In subtiliori aere De aer
 homo sanior & prudentior degit, quia si aer
 siccior anima fit prudentior & melior. Pro possibilitate
 ergo sua unusquisq; eligat sibi prouinciam, ciuitatem &
 habitationem acris purioris & melioris. Et hoc ut sus-
 ficit proposito nostro in tribus. In latitudine seu clima-
te, in orientalitate, & per flatione uentorum. Clima me- De habi-
 lius ad habitandum, ingenium & sanitatem uigorans, est tati ore
 quartum clima uel ei propinquū, quod expressit Hali- eligēda-
 rodham in secundo quadripartiti cap. ij. inquiens. Oma-
 nes sapientes fuerunt de tertio uel quarto aut quinto
 climate, & exemplificat de Ptolomeo, Aristotele, Pla-
 tone, Hipocrate, & Galeno. Ratio quia illic est aer
 purior siccior & subtilior, quod studiosi cognoscunt,
 & in scipsis experiuntur. Nam morantes in quarto &
 quinto climate, fiunt memores: & acute intelligentes.
 Venientes autem ad septentrionalia, clauduntur sensus
 eorum, & ingrossantur spiritus intantū, ut pigre &
 diminute, que olim dicerunt raciocinantur & recor-
 lunt. Conciliator autem addit, q; uiri ingeniosi bene ui-
 uentes & sapientes reperiuntur usq; ad 50. gradus elec-
uationis poli nostri. Posteriores uero & in septentrione
 degentes sensuales sunt & sylvestres moribus, sapientia
 & intellectu non preciati neq; uigentes. Et hoc resert
 Ptolomeus in secundo quadripartiti, & omnes philosophi
 & historici, q; de sub septem stellis & prope commos-
 rantes, sicut & ex opposito. Ethiopes & circa equis
 noctiū habitantes: propter prauas habitationes, prauo-

rum sunt morum, sylvestrium ingeniorum corpore uigentes: & discretione deficientes. Vnde Hippocrates in Perinoxomatō: idest de regionibus aere & aquis, dixit. Regio sub polo misera est: misera ex frigiditate & grossicie aeris misera in uictualibus, & multo miserior in capacitate sapientia & intellectu. Quod ut meius accipias docent philosophates & mathematici, terram esse habitabilem in longitudine, hoc est, ab occasu solis usq; ad ortum 180. gradibus. In latitudine uero, hoc est, ab æquinoxiali usq; ad polum articum, seu a meridie in septentrionem 90. gradibus, ita quod longitudo continet medietatem coeli, latitudo uero quartam partem. Nam terra discooperta aquis: & habitabilis est solum quarta pars. Quamuis moderna experientia Portugalensium in Indiam per Oceanum meridionalem nauigantium inuenierit quosdam habitantes post æquinoxialem ad meridiem usq; ad polum antarcticum, que nobis atra stix manesq; profundi semper occultant. Ab oriente autem in occidentem habitantur de terra 180. gradus, & diuersitas que prouenit in aere non est tanta, nec tam manifesta ratione longitudinis: sicut ratione latitudinis, quemadmodum Medici assueuerant. q; si Indus mutaret regionem & aeris sue latitudinis ex meridionali plaga in septentrionem transiens: puta in Germaniam aut Slauoniam, moreretur, aut grauiter infirmaretur, Propter magnam & subitam aeris mutationem, ut uult Hippoc. & Galenus tertia particula affo. & Avicenna prima primi canonis capitulo de cōplexo.

xione, Et hoc ideo, quia latitudo multū permutat aerē
auferens sanitatem & deisciens in egritudinem. Nō est
autem tanta mutatio aeris ab oriente in occasum pro Habitatio
grediendo in eodem climate & parallelo, quia fere est oriētalior
cadēm dispositio aeris. Secundo dico, magis eligēda est occidētali
habitatio regionis orientalis q̄ occidentalis, ex eo q̄ melior.
omnia meliora & uigorosiora sunt in oriente q̄ in oc-
cidente, quemadmodum Aristoteles exemplificat in iij.
de coelo & mūdo, de auro & leone orientali, quae sunt
fortiora coloratiōra & meliora occidentali auro &
leone. Exinde idem Aristoteles protulit in 8. phisicorū.
Deum habitare in oriente & non in occidente, quia o-
mnis effectus & omnia creata nobiliora & meliora
sunt in oriente q̄ in occidente. Et Hali. in secunda parte
quadripartiti ait. Contētiones philosophorum in oriēte
respectu habitantium in occidente sunt ueluti conten-
tiones uirorum respectu contentionum mulierum, &
sic philosophantes hoc tempore in regionibus occiden-
talibus habitantes, sunt sicut milieres respectu philoso-
phantium quondam in oriente, quod patet ex frequēti
mutatiōe opinionum, positionum, & librorum. Sed &
in moribus & uestibus sunt mutabiliores, & sunt na-
tura timidiores. Aer enim occidentalis peioris & mol-
lioris est dispositionis. Tertio dico saniores sunt regiōes
& intellectu capaciōres orientales q̄ occidentales : ra-
tione uentorum ab oriente flantum. Quia uentus oriē-
talis semper melior est q̄ occidentalis. Quod si tibi plas-
cat accipe sub distinctione. Venti orientales flantes de Tertio
ventus

orientalis mane sunt meliores, quia uenient per aerem depuratum
semper & a sole desicatum, & flantes uespere sunt peiores.
cidentali Ex opposito uenti occidentales sunt meliores flantes ue-
melior. spere, quia inueniunt aerem puriorem q̄ flantes de ma-
ne, quia junt grossiores & peiores. Generaliter autē
uentus orientalis melior est occidentali, etiam uespera-
tinus, quia ibi est perfectior influentia cœli, & terra
minus impedita lacubus & maribus, & est magis siccata.
Sic & de stellis dicatur in oriente & occidente domi-
nantibus.

Ex prædictis per modū Correlarij sequitur primo,
Discordia inter galienū & Auerroim sic tollitur, quo-
niam Gallienus dixit terras græcorum esse salubriores
Auerrois uero terras Hispanorum. Considerata longia-
tudine & climate sunt æquales, quia ambe regiōes sunt
partim in quinto & partim in quarto climate Sed cō-
siderata orientalitate & occidentalitate, uentorumq;
flatu, meliores & saniores sunt regiones græcorum,
& plures sapientes inde prodierunt. Hispanorū uero
regna suut in hoe debiliora & occidentalia. Blandieō.
autem Auerroi poterit dici, regiones Hispanorum sunt
mulcebriores & molliores & humidiores ratione oca-
cidentalitatis & ex eo laudauit eas Auerrois cum sua
corduba. In situ autem uirilitate & ingenio, græcorum
regiones præcellunt & sunt laudabiliores.

Secundum Correlariū. Qui habitat Septentrionalia
longe semoti a medio terræ corrigan & Præparene
sua loca & habitationes calefaciētibus & exsiccatibus.

In eis enim radij solis incidentes & obliqui. In regionibus uero uersus equinoctialem sunt perpendiculares & reflexi, qui sunt fortiores & calidiores. Itaq; loco solis calefacientis igne præparent & calefaciant septentrionales suas habitationes, aut aromatibus calefacientibus, aut suffumigis odoribus & stubis bene depuratis. Aromaticorum enim usus ad multa est utilis, dummodo capitis dolorem non generet, prout dixit Hippo. s. parti affor. Et ibidem calidum est amicum & placitum nature.

Correlarie sequitur Tertio. Commorantes in septentrione miseri sunt secundum Hippo. In de regionibus aere & aqua, quia frigore premuntur, & foemine eorum aborsum patiuntur, uictualibus & fructibus carēt pecora & pecudes paucificantur: & frigore constringente, parua in statura & mutila, ac sine cornibus producuntur, hoc uerum est, si absq; stubis & locis calidis tenetur. Vnde septentrionales necessitate coacti, & experientia edocti, omnia sua in hyeme & estate in stubis & focis conseruant, & seipso sublimatis & distillatis pipere, allio, foderaturis & pellibus, ac alijs calefacientibus reficiunt & uerba Hippocratis simpliciter loquentis deludunt.

Correlarie sequitur Quarto. Fenestre ad septentriones & orientem laudantur a philosophis & medicis. De fenes Ratio, quia inde flant uenti salubres. Et econtra ad occasum solis facte uituperantur ex opposita ratione. In septentrione tamen habitantibus utile est obmittere fen-

nestrā ad septentrionem, & facere fenestrā ad orientem & meridiem, propter caliditatem exinde prouenientem, qua plurimum indigent.

C A P I T U L U M S E C U N D U M.

Volens conseruare sanitatem, prouideat & eligit aerem trāspirantem, purum, sincerū, suauem, & redolentem. Nam aer est ex rebus quae citius imprimunt in cor & cerebrum iuuamentum uel noscumentum. Calor siquidem uiuificus & conseruans est instar cœlestis, non ad instar elimenta'is, quia talis est corrumpens, & ideo cœlestis caloris seu aeris consideratio est dignior & necessaria, an sit conueniens uel disconueniens sanitati, & hoc est illud cœleste in quo medicum prouidere oportet, cuius si tanta fuerit prouidentia, admirabilis erit atq; stupenda, ut asserit Hipp. in primo pronos. & magis Galenus cōmentator ipsius ibidem. & in secundo de Crisi. Nō est ergo bonum terram alicuius ciuitatis uel habitationis facundare malis Arboribus & herbis uenenosis atq; fetidis, sicut nucibus nocuix suicibus, pineis, sambucis, & taxis. Non eleboro, iusquiamo, eruca, caulis, & urticis. Sed melius est q; secundetur, Vitibus, vineis, salicibus, & bonis herbis odoris Habitatio feris suauemq; odorem habentibus. Non est etiam bones bona num q; in terra mansionis sint multi bosci, sylue multæ, & arbores dense, ex hoc. n. aer efficitur grossior, hu simidor, & impurior nocens sanitati, magis autē intellecūti, & speculationi. Amplius non sint in terra habitationis aque stantes, fetide, scenose uel piscinæ aerem

Arbores
nocuix su

indisponentes, quia talis fetor sicut & rerum uenenosarum in aere exprimitur, & earum nocumentum immediate ad principia uitæ fertur. Ex rebus siquidem propter nētibus uirtutem, sunt fetor & dolor. Præterea non sit habitatio in basso de concluso aere & distemperato in calido & humido, talis namq; discrasia uituperabilis & fugienda est. secundum doctrinam medicorum, & specialiter Galien: primo de complexionibus, & hippo: in libro epidimiarum. Est enim maxime disposita ad putredinem & contagionem pestilentialem. Et sicut in talibus locis pestis sepe uiget, sic & illius complexiois homines calide & humide distemperate, uelotius infirmantur, pesteq; tanguntur & moriuntur. Correlarie sequitur primo, ex hoc notabili Meliores sunt medicine aquæ distillatæ, coleria oculorum, & confectiones in sole expositæ clarificate & uigorate quam in stuba, uel ab igne exsiccate & confecte. Ratio correlarij. Quia secundum Arist. & phisicorum. cœlum & sol in clarificando confortando & exicando dant spiritum uiuificum, quem ignis elementalis non potest dare, sed solum qualitatem calefaciendi & exicandi.

Correlarium secundum. Monstrauit Prometheus in Caucaso monte speculando, maiorem esse uirtutem & subtilitatem aeris in montibus ad descendum & specus Locus di landum usq; ad accensionem serulæ. i. usq; ad illuminare scendi motionem intellectus capacis, q; in basso in heremo & syluis lior. densis. Ratio Correlarij. Quia illic est aer subtilior, cœlum propinquius, & perturbatio rara. In basso autem

omnia contraria, der spissus: nebulosus: & humidus:
intellectionis impeditius. Item quia montes altissimi
excedunt medium regionem aeris & nubes & turbas
tionem aeris ex uentis, & approximant aetheri & ce-
lestibus qui sui subtilitate & celestibus influxibus capa-
citem intellectionis promouet & adiuuant ergo &c.

C A P I T U L U M T E R T I U M .

De peste
& signis
eius.

Accidit quandoq; acri infectio & corruptio fa-
ciens pestem in hominibus, aut alijs uiuentibus.
Et illa aliquando fit ex celestibus constellationibus. Et
signa eius secundum Auen. I. fen. 4 de febre pestilens
tiali sunt A sub, uoragine coeli, frequens casus stellarum
& multe exhalationes cum coruscationibus. Aliquando
autem fit ex corruptione terrae & uaporibus ex uora-
ginibus terre egredientibus, & signa ipsius sunt multi-
tudo ranarum, multitudo muriu, & uermium ex putre-
factioe generatorum. Aliquando fit ex corruptioe aquarum,
occides pisces et uiuetia in aquis, et homines in talib⁹ aquis
comorates, te pisces infectos comedentes. Fit etiā pestis
ex contagione animalium infectorum, & ex delatione
uaporum corruptorum, ex cadaueribus putrefactis:
qualis fuit pestis ex æthiopia usq; in græciam grassans,
& ea que fuit tempore Hippocratis ex illiria & ter-
ris Slavorum in græciam pertransiens. Et ad omnes
species morbi pestilentialis utilis cura est fuga & trans-
itus in longinquam regionem non infectam, & tardus
reditus post omnimeodam expirationem & cessatioem
pestis. Quod si quispiam contaminatus est, & ambibi-

alicuius loci contagionem pestilentialis aeris, melius est
ei in eodem loco perseverare in habitatiōibus bene pre-
paratis, cauendo conuersationes hominum praecipue
infectorum & aduenarum, & tenere igrem ardente Regimen
de lignis bonis, iuniperi, abietis, pini & similiūm in cas-
mino uel foco habitaculi in quo moratur, & bonis o-
doribus suffumigijs floribus & sertis redolentibus ha-
bitationem competenter absq; fumo & exceſſiuo odore
re capitis dolorem generante, reficere & suffumigare.
Prosunt in eo casu trocisci de ligno aloes, de bezuin, de
laudamo, prodest odorare pomum ambre, zedoariam,
 tormentillam, diptamuū, angelicam &c. & hec ea-
dem comedere, aut in ore tenere, presertim temporibus
frigidis aut humidis. Etiam si placuerit addito musco,
aut ambra. In estate uero & diebus calidis sub peste
utatur pauperes acetō aut agrestia in cibo & olfactiōe.

Aqua limonum sirupo acetositatis citri. Et aliqui addūt
galerianam aut scabiosam. Ceruaria autem semper ua-
let, & est ceruaria quasi spongia ex terra eruta, in no-
titate odorifera & suavis: & cum exicatur non adeo,
quia tunc induratur. Et oves in pascuis cum sentiunt eā
concurrunt, & super genua procidentes: in tantum ter-
ram conculcant & sodiunt, donec ceruariam inuentam
rapiant & deuorent, & per hoc curantur a languori-
bus suis, & maxime ab omnibus opilationibus & tors-
sionibus uentris. Pastores autem periti cum uiderint os-
ues sic currere & terram conculcare, repulsis cuiuslibet
effodiunt, Ceruariam & asportant. Quod autē aliqui

afferunt, ex mixtu ceruorum eam generari, opinio est
et non ueritas. Quia in multis locis cerui non compa-
rent et Ceruaria in eis inuenitur. Sed redeamus ad pa-
positum timens aerem insectum et pestilenticum te-
neat bonum regimen absq; repletione cibi et potus,
absq; piscibus, fructibus et lacte, absq; frequenti et
superfluo coitu, et absq; balneis saltem frequentibus et
longe more: seu lōge balneationis. Si quis autem fuerit
cacockimus uel repletus. Primum autem minuat san-
guinem, si sanguis peccat aut purgetur, si alij humores
excedunt, et premittatur purgatio secundum experi-
tiam Gentilis fulginatis per pillulas de agarico, aut ago-
gregatiuas uel turbitatas. Postea hinc inde pillulis pe-
stentialibus communibus confectionis Almansoris ex
aloe mirra et croco poterit uti. Tiriaca autem secundū
experientiam Galieni competenter sumpta post euao-
cuacionem aniuersalem in dosi conuenienti secundum
etatem et complexionem prodest et præseruat. Con-
fectio morsellorum: aut rotularum qua utor. Rx. tormē
tille diptami 22 zuccari cādi. sandal' al. et ru.zeduarie
an 31. oīsis de corde cerui. D1. zucca. q sufficit, dissol'.
zucca.in aqua scabios aut mellise, fiat confectio in mor-
sellis uel rotul'. In æstate poteris parum apponere cam-
phore uel boliar, in hyeme ambre uel musci, pro diuitiis
bus appone fragmenta lapidum preciosarum. Alia cō-
fectio maior. Rx. puluer. saluificātis. 25 .specierū diaroū
ab. 315 corticū citri macis croci oīsis de corde cerui an.
D5. diptami tormē tille zedoarie genciane angelice an.

DI. folia auri iij zucci secundum exigentiam, fiat confe-
ctio in forma qua placet & quo quotidie utatur.

C A P V T Q V · A R T V M .

Veramus deinceps an aer sit humidior aqua. Et Aer an sit
dicimus q̄ aer est humidior aqua essentialiter humidior.
& in actu primo, tamen aqua est humidior in aqua.
effectu, unde Galienus simpliciter uult q̄ nihil est humi-
dius aqua, quia licet infrigidatio auferatur ab aqua, hu-
mectatio ab ea in effectu auferri non potest, humectas-
tio autem in effectu ab aere potest auferri, licet humi-
ditas essentialiter ab aere auferri non potest. Caliditas
autem secundum sensum ab aere auferri potest cum di-
cimus aerem frigidum actu caliditate priuatum, sed ca-
liditas in effectu quo ad operationem nō potest auferri
Nunquam enim peruenit aer ad tantam frigiditatem
quin aliquid resoluta corporibus teste Alicen. primo
canone sen tertia. Resolutio autem est effectus caliditas
Caliditas autem & siccitas in effectu secundum sen-
sum ab igne auferri non possunt, sed siccitas in effectu
secundum operationem ab igne auferri potest respectu
quorundam corporum. Multa enim corpora igni ex-
posita efficiuntur humidiora q̄ prius erant ut patet in
cera in glacie & alijs liquabilibus. A terra autem pos-
test auferri infrigitatio in effectu sicut ab aqua, sed sicc-
itas in effectu ab ea auferri nō potest. Semper enim
terra ad sensum percipitur siccata & in corporibus quis-
bus occurrit generat siccitatem. Diceres. Videtur q̄
aqua esset nobilior aere cum sibi appropriet nobiliorem

qualitatem. Ad hoc potest dici q̄ licet frigiditas sit nobilior qualitas: quia actiua: q̄ humiditas, tamen respectu mixtorum ad quae elementa sunt naturaliter ordinata. humiditas est nobilior, unde mixtū nobilis, puta homo est humidum a dominio: ideo credendum est q̄ ad mixta perfecta: perfectius operatur q̄ frigiditas. Vel aliter potest dici, q̄ licet frigiditas sit nobilior humiditate, tamen combinatio humid: cum caliditate que est in aere, est nobilior multo combinatione frigidi cum humido que est in aqua. Quod ergo aer est nobilior, nō est in ratione humiditatis sola, sed in ratione combinationis calidi cum humiditate, hec enim combinatio est nobilior q̄ cōb:na: tio frigidi cum humido. Combinatio autem calidi cum sicco est nobilissima & maxime actiuitatis & minime passibilitatis.

TRACT. SECUNDVS DE PANE ET PANIFICIS ET QVL busdam commestibiliibus.

CAPUT PRIMVM.

Inquit Galienus primo alimentorum, merito sua duerunt plurimi Medicorum diligenter considerare cas, que in alimento uirtutes, quoniam alijs adiutorijs non in omni tempore utimur. Alimento autem semper. Nam sine alimento non est possibile uiuere nec sanos, nec egros. Inter alimenta autem primum & frequentissimum est panis. Iccirco de pane prius dicendū. De pāc et Panis & eius preparatio uariatur secundum materia,

Secundum artificium, secundum uetus statem & nouitatem, secundum quantitatem, puta magnitudinem & paruitatem, & alijs modis. Secundum materiam uariaatur, quia frumentum uariatur secundum aliam & aliam terram in longitudine & latitudine, secundum dispositionem et cribacionem, & pinguedinem & macredinem, secundum q; ex meliori messe collectum, secundum diuersitatem aquarum, secundum diuersitatem naturae fermenti, & naturae salis & ignis proportionem natu. Iaq; panis in quo est multum fermenti & salis: est pauci nutrimenti: & est exicatiuus ualde. Et ille in quo est parum fermenti & salis: multum nutrit & tarde digeritur. Panis autem in quo est mediocriter fermenti & salis, est boni nutrimenti facilis digestionis & descensus. Panis autem azimus nulli etati nullius complexioni congruus, nisi interdum multum laborantibus: aratoribus, pinguibus, & iuuenibus. Item panis magnus est nutribilior et plus habet de medulla, et est magis laxatiuus. Et paruus panis est eccentrico, est enim comemuniter exicatiuus. Mediocris uero medio modo se habet. Et panis de farina depurata a furfure est nutribilior et melioris nutrimenti et tardioris descensus. Et ea conuerso panis in quo est magna quantitas furfuris, ueterem lenit et mundificat: abstergit et parum nutrit & male digeritur & cito descendit. Panis in quo est multum de medulla, que simila uocatur, & parum de furfure parumq; salis & fermenti, multum nutrit, tarde digeritur, uenas opilat & lapidem in renibus generat.

Sic & azimus panis grossos humores generat & uiscosos: male digeritur: uenas opilat: & lapidem in renibus generat & uesica, & quemadmodum dixi, nullis hominibus competit, nisi fortibus ualde, & iuuenibus habentibus uenas latissimas uelut messoribus, pugillibus, & fortissimis exercicijs insudantibus. Dicit autem Galie. in primo alimentorum, q[uod] tales utentes grossa dicta ex gritudinibus grauiissimis posterius reseruantur: & ante senectutem moriuntur. Panis autem ex subtili parte farinæ factus sine furfure cum fermento competenti, est facillime digestionis, & competit conualecentibus & debilibus, nam bene nutrit & cito digeritur, & non competit sanis & fortibus, quia sani indigent fortioribus alimentis. Optimus ergo panis sanis, est panis ex optimo grano, mediocriter fermentatus & salitus: paru[m] furfuris habens, in cibano de igne commensurato & proporcionato coctus. Optimum granum uocant medici granum frumenti seu tritici ponderosum, frangibile interius album, & cortice habens subtilem, coloris subrubei, bene maturum, non uetustate corruptum: nec ualde nouum, ex bona messe collectum. Tale autem granum non crescit in terra sicca, i.e. macra, sed in terra satis pingui, nec in terra ualde umbrosa: nec ualde profunda, sed in terra eleuata soli & uertis bonis discooperta. Huiusmodi autem frumentum melius est secundum terræ latitudinem ad plagam septentrionalem q[uod] meridionale, plus enim habet medullæ, & minus corticis, & est percerosius cæteris paribus. Secundum autem longitudinem

terre frumentum orientale est melius occidentali & nutribilius: & accedens ad temperamentum. Quod si ex eo facta fuerint cibaria, ex medulla in aqua decoctas ad humiditatem declinabunt: & forte ad aliquam frigiditatem: sicut sunt pultes sorbiles facte ex farina frumenti. Et similiter fenculum factum ex amido cum aqua simplici. Cibaria uero depastata si frigantur in oleo declinabunt ad caliditatem: & siccitatem, horum omnium rationes facile assignabis per considerationem & respectum ad eorum complexionem, ad artificium, fermentum: sal, oleum et cetera talia. Reliqua grana panifica recesserunt a temperamento frumenti. Et ideo de cibiora & posteriora sunt eo.

Ordeum enim subtile & abstersuum est respectu frumenti. Et secundum Galie. de alimentis, nullatenus calcificat corpus, sed'm ullum modum preparationis eius humectat autem & exicat diuersimode preparatum. Est quoq; fragilius, non solum frumentaceis cibis, sed et multo magis speltinis & orizeis, & adhuc silagineis. Alimenta autem aut Siligo: prout dixit Gal. septimo de simplicibus est multum ipso ordeo siccior. Et in primo de alimentis dixit. Non improbabiliter utiq: quis nominabit paruum frumentum Alfitam.i.silagine, et colore et spissitudine, & caliditate iurutis assimilata ipsi frumento. Vnde & habitatores sed'm Asiam minorem sed'm Porturi & Bitiniam. Sed & in europa omnes ad septentrionem declinantes utitur ea, et panibus ex ipsa pistis. Grana autem orise.i. risi & panici & milij declinant Risum.

Milium. ad siccitatem & constrictiōem, uerum melius est mi-
Panicum. lum panico ad omnia: etenim delectabilius ad esum &
Avena. indigestibile minus, & minus stringit uentrem: & ma-
gis nutrit.

Avena autem cibus subiugalium est non hominum,
nisi forte alicubi famescentes extreme cogantur ex hoc
semine face re panem: qui nec est retentius uentris: aut
puocatiuus, sed in medio scđm hoc ordinatus est. Hęc
sunt uerba Galieni: & similia sunt apud Auecę: cano.
secudo cap. Dreuser. Exinde medici inuehunt cōtra pra-
eticos germanos. Qui more subiugalium iubent suis ea-
gris. Avena uti & ipsius ptisana. Cum regulariter ora-
deo & aqua ipsius deberent eos reficere.

CAPIT. II. IN AFFORISMIS

esculentorum.

Affris-
mus pri-
mus.

Calidus
panis.

Generaliter obseruandū est qđ non comedatur pē
nis die qua fuerit coctus, nisi prius caliditas ignea
a pane recesserit. Nam huiusmodi caliditas corrumpit &
lorem naturalem, & extinguit, propter qđ' impeditur
digestio. Panis etiam ultra scđm diem decoctionis nō est
bonus. Nam alterationem recipit, & ab eo recessit cō-
plexionis equalitas secundum recessum a scđ'o d.e: hęc
est intētio Auēzoar in tractatu suo de regimē saitatis.

Aff. 2. Homines pingues & querentes sui corporis mactes
Pingues dinem & extenuatiōem, & habētes debilem digestiūā
homines. indigent pane subtili & exicatiuo: & parum nutrienti,
& huiusmodi est panis ex subtiliori farina: cum surfurē
bene fermentatus & salutis, cū multa aqua bene coctus.

Homines autem querentes sui corporis impiguationem econtrario indigent pane multi nutrimenti. Vnde corus panis debet esse ex farina grossiori & paucō fermento & paucō sale, & sine furfure. Et hīj bis in die comedāt. Illi uero semel. Rasis quarto almansoris. Et Auicennēria sen primi.

Panis subcinericius denominatus ab eo q̄ cequitur Aff. 3.
sepultus in cineribus, similiter panis cum carbonibus ul̄ arena commixtus, addit prauitatem & periclitationem comedentibus. Om̄nium etenim panum pessimi existunt Galienus primo alimentorum.

Non eſt comedendum ad repletionem, sed relinquēs Aff. 4.
dum aliq̄d appetitui. Repletio autem panis naufragia tua deterior est repletione carnium. Ideo quia ceteris De pane paribus est indigestibilior carne ratione sue duriciei et & carne siccitatis. Maior siquidem est proportio inter carnem & corpus nostrum q̄ inter panem & corpus nostrum Et nocumentum panis cum non digerituri est maius q̄ nocumentum carnis indigeste. Ex Auicenna terciij sen primi de eo q̄ comeditur & bibitur.

Si aliquis sit ualde famelicus non debet comedere sub Aff. 5.
tilem cibum ut oua forabilia & carnes uolatilium minorum. Nam huiusmodi cibaria in stomacho eius corrumpuntur & faciunt quandam repletionem fantasticam & falsam. Sed in tali casu cibus grossior est conuenientior in principio commestionis q̄ subtilis. Quamuis cibaria subtilia & facilis digestionis regulariter in alijs hominibus prius sunt sumenda: ut uult Galien. ij. regiminis

acutorum in commento illius. Post ptisanam si aqua melis bibitur. Item Gali. ij. regiminis acutorum commento I⁴ dicit q̄ hora sumendi ptisanam & aquam eius est una, sed differentia est in re una, & est q̄ aqua sumenda est & postea ptisana, modo constat q̄ aqua est subtilior ptisana. Amplius eadem est intentio Auicē. 3. sen primi canonis. Et Rasis 4. Almansolis. Et Hali. abbatis primo practice. &c.

Aff. 6.

Subtilia & lubrica & uentrem lenientia: sicut pruna
uuæpasse ficus, Cassia fistula, Cerasa persica, melones,
De fructi & similes fructus horarij & precoces. Inartificiale est
bus lenis omnino q̄ sumantur in eadem mensa cum alijs cibis: nec
tiuis. ante, nec post cito, quia talia sic sumpta sunt causa des-
censionis cibi ante perfectam digestionem, & post cito
bum statim sumpta sunt causa generationis mali chimi
& corruptionis cibi. Si ergo talia lubrica propter ali-
quam causam debent recipi, sumenda sunt per unam
horam aut duas ante sumptionem aliorum cibariorum
Hæc est intentio rasis & almansoris. Et Gali: tertio ali-
mentorū capitulo de prunis. Et Auicē. tercia sen primi.

Aff. 7.

Nihil deterius est q̄ diuersa nutrientia simul iungere
Plura fera, & post in comedendo tempus prolongare, & maxime
cula. quando nutrientia in sui receptione ordinem non habēt.
False ergo ritmisauit: qui dixit, Felix qui miscet inter tua
fercula pisces. Ex Auicen. terciij sen primi de regimine
eius, q̄ comeditur & bibitur.

Aff. 8.

Pisces sunt frigidi & humidi flegma generantes. Ex
eis autem eligiliiores & meliores sunt minoros, non

ualde magni boni saporis qui morantur in aquis petrosis uel arenosis: in aquis dulcibus & currentibus, non in folidis, scenoisis, non in stagnalibus: nec in quas fordes ciuitatis defluunt Ex Auicen. canone secundo de piscibus. Et ex Gali. tertio alimen. Addit Rasis in quanto secretorum. Boni pisces sunt colore splendentes & clari: substantia teneri. Qui autem habent maculas luidas: uel Puncta nigra uel sunt coloris pauonis liudi & nigri, aut habentes uiscositates in cute, uel brancis pessimi sunt. Rasis ubi supra.

Pisces non coquātur, nec comedātur cum lacte neq; Aff. 9.
cum butiro, quoniam disponunt ad lepram: ad scabiem & malas egritudines. Auicē. tertia fēn primi de eo qd^r comeditur & bibitur. In hoc peccant septentrionales habitantes iuxta mare Germanicum & Balteum. Saraceni uero & Hispani prohibit uinum bibere supra pisces, quia uinum trahit propter ipsius delectationē in uenas pariter cum cruditate piscium, & generatur putrefactio cum febris & malis egritudinibus. Exinde elicias q; non rationabiliter faciunt qui pisces in ui no coquunt, & qui estimant uinum digerere & con coquere uiscositates piscium. Non considerant exinde subsequi raptum & penetrationem cruditatum in uero De carnis nas & generare opilationes & febres. simul et carnē bus.

Carnes gallinarum iuniorum pinguium & pullorū Aff. 10. carum sunt, bone, deinde carnes capreti, postea uituli et mutonis. Ratio quia laudabilem sanguinem generant. Relique carnes sunt melancolie, ueluti sunt cœruorū,

meliores bisontum, boum onagrorum, anserum, anatum, mas
quæ gnarum avium, gruis, pauonis, & leporis. Auerrois in
quinto colliget, & concordant alijs medici.

Aff. II. Carnis naturaliter multum sicce elixate plus nutriunt
q̄ non elixate, huiusmodi sunt carnes naturaliter melano-
collicē & macilente, ut au um montanarum, sed care-
nes humide grosse & uiscose econtrario elixatē minus
nutriunt, sicut carnes porcorum & castratorū. Exinde
accipe q̄ carnes assate sunt humidiores naturali & in-
trinseca humiditate: cocte uero sunt humidiores humi-
ditate acquisita & extrinseca.

Aff. 12. Licet sanorum laborantium commestio matutina de-
bet esse minor q̄ uestertia. Ratio patet. In infirmis ta-
men totum est oppositum. Nam commestio uestertia
sicut & sanorum ociosorum debet esse minor: & pre-
cipue si sit morbus nocturnalis. Nam naturaliter magis
laborat natura in d̄ gerendo materiam morbi de nocte,
& ideo uersus noctem natura est minus cibo sarcināda.
Quod si egritudo sit paroxismalis & paroxismus sit
de mane, & declinatio paroxismi sit uersus noctē: tunc
commestio uestertia debet esse maior: & matutina
minor, quia in paroxismis cibum subtrahere oportet,
apponere enim in talibus est ledere.

CAPIT. III. DE LEGVMINIBVS & oleribus.

De Faba. **F**aba inflatiūm ædulium est, quamvis ad plurim
um decoquatur & qualitercūq; preparetur,
non deponit inflatiōem tempore decoctionis. Inde siue

dentibus & intellectu laborantibus & maxime hoc cibo
bo in asuetis: similiter colicam & crepaturam habentibus
bus: & corpora ad uentositates preparata habentibus
prohibetur, Per totum enim corpus ex ea sensus fit ten-
sionis cuiusdam a spiritu inflatiuo: & somnia grauia ge-
neratiuo. Qui autem in tabernis morantur: ex ea lauant
pedes hominum & alleuantur. Et mulieres quotidianie
utuntur fabarum farina, ptisana et aqua eius abluentes
faciem: sicut alij nitro & affronitro & inueniunt abs-
tersionem & clarificationē uultus earum. Gal. I. alim.

Pisa non est inflatiua sicut faba, sed uirtutem abstere
siuam non habet: & propter hoc tardioris egestiois est
secundum uentrem ipsis fabis Gal. I. alimen. vide Auicē.
I. can. capi. Meyste.

Robelie grana sunt in uagina sicut orobi, & habent
colorem uiridem: & habent oculum in medio sicut fac-
seoli: & eius herba est sicut faseoli: & est in uaginis sicut
faseoli: & apud Serapionem et Auicen. & Rasim
uocatur mes. Rasis enim de faseolis & mes facit diuersa
capitula, similiter Serapio. Pisa autem sunt multum si-
milia robelijs, nisi q̄ pisa sunt albiora & rotundiora, et
habent corticem subtiliorem. Isaac de pisa nullum facit
capitulum, nisi sub hoc nomine robelia. Serapio autem
& Auicen non faciunt mentionem de piso, nisi sub hoc
nomine mes. Quicquid autem sit, robelie et pisa satis ui-
dentur esse propinqua in natura et operationibus, sicut
propinqua sunt in figura sapore. Credimus tamē q̄ pis-
sa est melior robelijs uia nutrimenti. Succus autē robeo pisa.

liarum & pisarum confert habentibus tuſim & catarum atq; infrigidationem pectoralium.

Feseoli. Faseoli medium edulium sunt euchimorum & cacos

Aff. 4. chimorum, bene digestibilium & indigestibilium, tarde egestionis et celeris egestionis: non inflatiuorum & inflatiuorum, & eorū quæ sunt pauci nutrimenti et multi nutrimenti Gal. primo alimentorum.

Cicer. Cicer est edulium non minus fabis inflatiuum, fortius

Aff. 5. autem & plus illis nutriens. Excitat autem impetus ad libidinem simul cum hoc et spermatis generationem. In habentibus autem spiritualia sicca et consumpta, & qui sunt parati ad ptisim, et quorum natura est ptisi propinqua, ferculum ex ciceribus factum est ualde conueniens: plusq; ferculum aliorum leguminum, non obſtare quia ferculum medullæ fabaram et robeliarū: et forte lentium: et fæcolorum: et pisarum satis sint conuenientes. Inest autem eis et abstersua uirtus amplius q; fabis quare aliqui ex ipsis consistentes in renibus lapides eius denter cominuant. Galienus primo alimentorum:

Rape. Rape sunt bone, et bonum chimum generant, et ocū

Aff. 6. los mirabiliter clarificat: quamuis uentositates generat. Auerrois in 5. collget & Rasis in quarto secretorum, Et uersificator. Rapa radix bona comedenti dat tria dona, uisum clarificat:uentrem replet: et bene bombat. Intellige de rapis dulcibus oblögis, quales fuerūt in Cor duba in patria Auerrois, et tales etiā sunt in patria mea. Et non intellige de rapis rotundis et aquosis, in sapore maguderis et caulis, quæ sunt quedam species napi matū humore generantibus.

Canape sunt intemperate, et ualde multum eduliu Canape.
indigestibile et malum stomacho: et illatuum doloris ca
ptis, et mali chimi. Galienus primo alimentorum.

Frigidus cibus: letes, milium, et cucurbite. Hipp. epis Lentes.
di. 5. particula. Milium.

Omnia olera et caules sunt melancolica, melancolic Caules.
cum humorem generantia, preter lactucam et buglos
sam. Auerrois quinto colligit. Rasis idem dicit quarto
suorum secretorum, sed addit preter endiuā, acetosam,
rapistrum, olus iamenum, et lactucam, quae bonū sans
guinem generant, infrigidant tamen et uisum caligant.
hec Rasis.

Omnia leguminis uiridia et nondum matura ventre
mollificant et subducunt, cito enim descendunt. Galien.
primo alimentorum.

Natura leguminum et seminum terre nascētum est Legumiā.
terrestris et melancolica. Serapio in aggregationibus Virida.
suis capitulo de robellis, generalis at enim de omnibus Legumiā.
legūinibus q̄ eorū substātia est terrestris et melācolica

Omnia legumina matura correfacta & assita, uen-
trem fistunt et constringunt. Galie. primo alimentorū.

Omnino inartificiale est sumere fabas et alia legu-
mina cum corticibus suis. Nam omnium leguminū cor-
tex est stipticus et medulla lenitiua. Item medulla est ab
ster siua & cortex non. Item quia natura muscum labo-
rat in digerendo illud, q̄ est eterogeneum, seu diuersæ
naturæ. Non est ergo sumenda medulla leguminis cum
cortice eius. ex Galieno p̄uo alimētorū et alijs medicis

Aff. 12.

Aff. 13.

Aff. 14. Acetum & omnia cum aceto preparata sunt melana
colica Auer. 5. colliget.

CAPITVLVM QVARTVM
de dubijs.

De Pane **D**ubitatur quod semen sit nutritius. Isaac enim
frumenta dicit sub auctoritate Galeni, q̄ ordeum cæteris
ris granis est nutritius. Huius autem oppositū inquit
eo & or Rasis, quod frumentum est nutritius ordeo. Ad hoc di-
ceaco. cendum q̄ frumentum dicitur nutritius, quia eius nu-

Vid trimentum tardius dissoluitur, & tardius assimilatur.
Sed ordeum dicitur nutritius, quia pauciores habet
superfluitates q̄ frumentum, et citius conuertitur in mē-
brum, & sic nulla est contradic̄tio: uel potest dici et for-
te meltus q̄ frumentum est nutritius per se plusq̄ ore-
decum, cæteris enim paribus frumentum est pōderosius
et plus habet medullæ q̄ ordeum, & sic est nutritius
per se. Et si ordeum dicitur nutritius: hoc est per acci-
dens, quia citius nutrit q̄ frumentum, Sed rei ueritas
est, q̄ panis de ordeo post panem de frumento est melior
sanior & nutritiōr. Et forsan in acutis morbis ille pa-
nis est melior simpliciter. In corporibus autē sanis, pa-

Quis pa- nis ex frumento est simpliciuer melior. Deinde panis ex
nis si plici silagine est minus bonus. Deinde panis ex auena & spela-
ter melior ta et milio et huiusmodi panes qui deficient in bonitate
ab optimo. Secundum dubium uidetur Galienus in-

Cuus com tendere q̄ panis optimus ex optimo frumento sit cati-
plexiois sit dus et siccus circa secundum gradum. Nam ipse ponit
panis. q̄ frumentum est calidum in primo gradu panis autem

calidior. Nam acquirit caliditatem ab igne: et a fermento et sale. Farina autem quandam caliditatem acquirit ratione molitionis. Et sic uidetur intelligere, quod panis est calidus et siccus in gradu secundo Auerrois autem 3. colliget, ponit panem cibum temperatum. Vnde experientia docet, quod panis optimus solum patitur a corpore nostro et non agit in corpus nostrum actionem notabilem.

Sed illa que sunt calida in secundo gradu faciunt actionem notabilem in corporibus nostris. Amplius quod est calidum & siccum in secundo, non potest generare optimum sanguinem et temperatum. Nam quod generat optimum et temperatum sanguinem non est multum lapsus. Nunc autem optimus sanguis generatur ex optimo pane, ut asserit Galienus primo de alimentis. Et sic panis optimus est cibus temperatus. Amplius si panis esset calidus & siccus in secundo, non appetetur a corpore nostro temperato. Nam corpus temperatum appetit sibi simili, panis autem non esset sibi similis. Et sic melius est dicere, quod panis de complexione, actuali & essentiali & per se est frigide & seccae complexionis, quia est terreus a dominio. Et omnia talia sunt frigida & siccata, de complexione actuali & essentiali data ab elementis, licet de complexione formalis data ab agente, forsitan sic calide complexionis, sicut alia mixta. Et de illo dicetur infra. Sed panis de complexione potentiali, in quantum cibus, est temperatus. Dictum ergo Galii: exponitur de complexione actuali date ab agente, quae complexio sequitur formam, & satis citio corumpitur. Sed in pane est.

quedam proportio precedens formam, ratione cuius
habet aptitudinem & rationem cibi et nutrimenti. Et
scdm illam proportionem miscibilium, postq patitur a
corporis nostri calore, eidem efficitur similis similitue
dine perfecta propria. Et deinde efficitur ualde simi
lis, quando nutritio perficitur, & fit assimilatio. Com
plexio autem panis ordei declinat ad frigiditatem, simi
liter de milio & panico intelligitur. Sed complexio as
uene & risi declinat ad caliditatem. Solus ergo panis
de frumento est temperatus eibus. Ad maiorem noticiā
predictorum & sequentium. Sciendum q loquendo de
complexione actuali et essentiali materiali data ab ele
mentis. Omnia legumina & semina sunt frigida et sicca
a dominio terrea. Sed loquendo de complexione actuali
data ab agente, huiusmodi legumina & grana sunt cas
lida a dominio. Sed de complexioē aggregata huiusmodi
semina & legumina sunt frigida & sicca a dominio.
Nam in huiusmodi leguminibus materialis complexio
uincit & superat formalem. & sic totalis est frigida et
sicca. Sed de huiusmodi nō cōsiderat medicus determinā
do & referendo ad nutribilia, sed solum de potentiali.
Et hæc potentialis complexio in aliquibus leguminibus,
postq reducuntur de potentia ad actum est frigida, &
in quibusdam ē calida hūida aut sicca. Hæc est ergo cō
plexio de qua considerat medicus: loquens de nutribi
libus. Et est quedam proportio & aptitudo in materia
nutrimenti, ante actum nutritionis modo imperfectiori:
& in actu nutritionis & post nutritionem modo per-

fectiori. Si enim perfectio corrumperetur, sequeretur
q̄ motus alimenti ad membrum esset contra naturam
¶ violentus. Nihil enim naturaliter & perse moue-
tur ad locum suæ corruptiōis, unde graue naturaliter
deorsum mouetur ut ibi saluetur. Locus enim cōseruat
locatum. Si igitur illa proportio corrumperetur in mē
bro, ille motus esset violentus illi proportiōi, huius aut̄
oppositum omnes dicunt. Nam cibus mouetur ad mē-
brum sicut ferrum ad adamantem motus autem ferri
non est violentus sed naturalis, ut afferit Commentator
7. phisicorum commento 10. Motus enim ferri ad mas-
gnetem & alimenti ad membrum est sicut ad locum in
quo quiescit. Et similiter dicit Galienus in fine primi ac-
tutorum: & in secundo de uirtutibus naturalibus &
idem innuit de simplicibus. &c. Sic igitur imaginandū
est. q̄ proprietas paſſiuā, qua cibus mouetur ad mem-
brum: & conuertitur in membrum non corrumpitur:
sed perficitur. Proprietas tamen paſſiuā qua ferrū at-
trahitur a magnete, est proprietas consequens formam
substātialem ferri. Sed proprietas paſſiuā qua cibus mo-
uetur ad membrum et cōuertitur in membrum: est pre-
cedens formam alimenti, quæ corrumpitur in actu nu-
tritionis & remanet materia alimenti cum illa propor-
tione sub forma membra quæ non est pars formalis: cū
sine ipsa potest esse forma membra. sed est pars mate-
rialis, proprietas autem qua est per modum actiui, que
est in membro, sequitur forma membra. Et huiusmodi
proprietas proprie loquēdo, non est in parte materiali

Nā pars materialis nullā operationē facit, nisi ratione
partis formalis, ūde illud q̄ nutritur est pars formalis et
nō materialis, pars tamē formalis nutritur p̄ generationē
noue partis materialis. A parte enī formalī fit resolutio
p̄ resolutionē partis materialis, et sic p̄ proprie i nutritione
nō generatur forma mēbri, nec etiā p̄ resolutiōem cora
rumpitur forma membra, sed solum pars materialis rea
soluitur & regeneratur. Proprietas autem passiua an
tecedens determinatam proportionem miscibilium: per
quam erat cibus futurus, remanet in cibo actu cibante
& in actu nutriente, sed modo perfectiori est in cibo a
ctu cibante & actu nutriente: & post instans nutritio
nis q̄ in cibo futuro: & in cibo qui est cibus futurus. Nā
post actualem nutritionem, huiusmodi proportio &
proprietas consequens proportionem miscibilium: stat
sub forma nobiliori, scz sub forma rei nutritae, in illa autē
parte materiali generata per nutritionem, est proprie
tas consequens formam membra inquantū illa pars ma
terialis est aliud partis formalis: & ut sic ei inest pro
prietas per modum actiui scilicet uirtus attractiua &
cōuersiua. In huiusmodi etiam parte est proprietas pre
cedens formam membra quæ etiam erat in cibo ante aa
ctualem conuerzionem, Et sic in eodem est proprietas
actiua consequens formam membra, & passiua prece
dens formam respectu tamen diuersorum.

Circa predicta sunt dubia fortia. Nam in nutritione
corrumptitur cibus: uerbi gratia, Corrumptitur faba et
generatur caro, sed subiectum generationis & corrue

Dubium:

ptionis est materia prima, ut habet uideri de generatio
ne primo, unde in tali generatione fit resolutio usq; ad
materiam primam. Nam generatio est transmutatio to
tius in hoc totum nullo sensibili remanente, & sic uide
tur q; hæc proportio eadem non remanet nec etiā pro
prietas. Amplius dicitur in predicamentis q; corruptis
primis substantijs impossibile est aliquid aliorum rema
nere, & sic non remanebit materia proprietas: nec eius
corruptio. Amplius in qua est proprietas actiuia, nō po
test habere proprietatem passiuam, sed postq; cibus est
conuersus habet proprietatem actiuam & sic non re
manebit proprietas passiuia. Ad dubitationes dicimus.
Ad primam quod in nutritione fit resolutio usq; ad pri
mam materiam, sic q; nulla forma substancialis dans esse
distinctum scd'm speciem & esse suppositale remanet in
materia, omnes huiusmodi formæ corrumpuntur in ac
tu generationis & nutritionis. Sed q; aliique propors
tiones existentes in materia: non remaneant in materia
ante generationem & nutritionem & post. Non ins
tellexit Aristoteles. At hoc modo intelligendum est q;
generatio est transmutatio huius totius, in hoc totum. i.
q; materia prima est subiectum generationis & nutric
tionis. Huiusmodi enim proportio est in materijs elemē
torum. Et sic remanet elementorum materia eadem ante
generationem & post. Et sic potest eadem propor
tio remanere. Licet sic perfectiori modo in generato q;
in corrupto, uel esse possit. Nam carnes gerat ex fabis
habent huiusmodi proprietatem passiuam perfectiori

modo quam habuerunt fabe, licet eadem sit in fabis ex
in carne materia. Et quando dicitur q̄ corruptis primis
substantijs &c. uerum est aliquod eorum consequentia
formā. Sed de consequētibus materia nō erit impossibile

150

TRACT. III. DE VINO ET POTIBVS.

CAPITVLVM PRIMVM.

De Come
plexione
uini.

Vinum de complexione materiali & elementari
data ab elementis est frigidum & humidum a
dominio. Omne siquidē cursibile male terminabile ter-
mino proprio & bene terminabile termino aliō, quod
aque non supernatat est aquēum a dominio. Oleū aut̄
quod est cursibile termino proprio, aquē tamen super-
natat: forsitan est aereum a dominio respectu aquē. Et
forsitan est aqueum respectu aeris. Vnde in aqua oleum
est leue, & in aere est graue. Sed uinum de complexione
formali & potentiali, data ab agente, est mixtum, quod
est calide complexionis, sed de aggregata complexione ex
materiali & formali (& hoc teneo pro uero) uinū est
frigide & humide complexionis, quia ad tactum dere-
lictum propriæ naturæ, ex eo apparet frigiditas et hu-
miditas manifeste. Sensus autem tactus est uere iudex
calidi frigidi humili &c. De his complexionibus parum
curat artifex medicinæ. Nam scđm hanc complexionem
operatur uinum in corporibus nostris. Præter has autē
complexiones est ponere in uino, & in alijs quæ corpori
nostro approximantur, complexiōem unā quæ dicitur

potentialis: Talis complexio debetur his solum quae habeant quandam proportionem cum corporibus nostris in ratione cibi vel medicinæ, sicut adamas & ferrum habent proportionem & similitudinem ad inuicem, ut supra dixi: Nunc autem est experientia, quod unum postquam est passum a corpore, calefacit & decusat per se et naturaliter, & si infrigidet & humectet: hoc est per accidens. Quod autem unum calefacit, exprimit Galenus tertio complexionum, unde asserit quod unum calefacit via medicinæ & via cibi. Nam via nutrimenti: sanguinem & spiritum multiplicat, & omne tale calefacit, & antequam etiam ipsum in sanguinem & spiritum convertitur calefacit. Videmus etiam quod unum exicat & consolidat vulnera, & sic unum est siccum. Sed si unum non reduceretur de potentia ad actum a calore nostri corporis, tunc infrigidaret & humectaret, Et ex hoc prouenit quod unum sumptum in quantitate magna, reduci non potest de potentia ad actum a calore nostro, & infrigidat & humectat. Nam tunc complexio actualis uincit potentiam atque superat, & sic causat egritudines frigidas & humiditas, uti spasmus, paralisis, tremorem, epilepsiam & similes. Et propter hoc asserunt sapientes, quod licet unum sit calidum & siccum, generat tamen egritudines ualde frigidas, quando scilicet transit ad neros & cerebrum cum sua actuali & essentiali frigiditate: & non reducitur ad actum. Sicut uidemus quod lignum suffocat ignem & extinguit, quando non reducitur de potentia ad actum: Si uero unum perfecte reducitur

¶ in humorem conuertitur naturalem & bonum, poterit multiplicare sanguinem & coleram, quae si fuerint circa temperamentum, causabunt sanitatem. Si cum ex-

Vinū calecessu facient egritudines calidas. Istud trahitur ex Gas facit cor+ lieno iij.complexionum. Amplius uinum calefacit corpora duplo dupliciter. Primo quidem in quantum in sanguis pliciter. nem & spiritum conuertitur, et tunc calefacit in quantum cibus medicinalis conuenies: sanguinem & spiritum multiplicando. Secundo calefacit in quantum medicina, illa calefactio est qualitativa. Sed prima calefactio quantitativa et substantifica, Et sic primo modo calefaciendo, omnia corpus nutrientia calefaciunt, etiam si sint frigida. Vnde lactuca corpus hoc modo calefacit: scilicet primo modo, licet lactuca in quantum medicina corpus infrigidet. Omnis enī cibus in ratione cibi, corpus calefacit sanguinem generando & spiritum & calorē. Sed non omnis cibus in ratione medicinæ calefacit. Immo quedam calefaciunt, ut uinum quedam infrigidant ut lactuca. Et similiter dicas de sicco & humido. Nam omnis cibus in ratione cibi humectat, ut uinū in ratione cibi humectat humidum augendo quantitatue & substantifice & quo ad copulentiam. Sed in ratione medicinæ, quedam desicant & quedam humectant. Vnde in ratione medicinæ uinum desiccat & non humectat: supposito & perfecte reducatur de potentia ad actum. Sed lactuca in ratione medicinæ humectat. Quod autem uinum in ratione medicinæ desiccat, patet, quia uidemus & ulcera desiccat & vulnera consolidat & omnia talia sunt

desicatiua, Pro exemplo accipe. Quidam miles nostras
habuit aperturam ulceratam sub māma sinistra, & mi-
nime potuit curari tam per phisicos theoricos q̄ chirur-
gicos, etiam nec per inunctores, ungentes litargirio mer-
curio, & similibus. Missus est in Hungariam in quadā
legatione & non habens alium potum, bibit uina for-
tia & calcinosa, que subsidentiam calcis reponunt, &
curatus plenarie redijt. Non aliunde nisi ex uino forte
& desicatio, q̄ ulcus eius excauit & consolidauit.

C A P I T U L U M S E C U N D U M.

Secundum Galienum 4. simpliciū. In uino sunt quas 26
uor substantiæ, sicut in massa sanguinaria. Quarū vinum ex
una est similis melancoliae & est fex. Alia similis est co^z quattuor
leræ, & hoc est spuma. Tertia similis est flegmati, & substatijs
est aquositas. Quarta est substantia uini pura similis integratur,
sanguini. Quapropter uinum depuratur a fece per par-
tem inferiorem & a spuma per partem superiorem,
et aquositate non depuratur. Nam sicut flegma re-
manet in sanguine: & tempore necessitatis conuera-
titur in bonum sanguinem, quia est sanguis semico^z
sus: sic & aquositas. Postea per ebullitionem uini mas-
turatur et in bonum uinum conuertitur. Et hoc est q̄
Galienus dicit quarto simplicium medicinarum. In uino
nouo remanet de caliditate solis simile scintille ignis, &
per hanc caliditatem maturatur pars aquæ perfecte,
que iam secundum medium erat matura: & propter
hoc uina buliunt, & quando maturatio est completa res-
soluitur caliditas, que erat causa ebullitionis. Ex istis di-

Cer vina
buliunt

Bogana

Etis Galieni bene patet q̄ uinum nouū ante ebullitionem, & in actu ebullitionis est calidius solari caliditate & cœlesti, q̄ uinum antiquum, Sed caliditate propria & naturali, mustum est minus calidum, quoniam in mosto & uino novo sunt plures partes aquæ et minus mature digeste quam in uino antiquo. Et propter hoc A. uicen. sentire uidetur q̄ uina noua sunt calidiora. Cuius contrarium asserunt omnes alij. Et licet uideatur contrarietas, tamen non ast scđm ueritatem, ut manifestū est ex distinctiōe supradicta. Et quia uinum per ebullitionem purificatur per superius & inferius. Ideo uini circa medium est melius & magis purum magisq; sapidum, & magis a superfluitatibus depuratum. Cuius oppositū cōtingit de melle & oleo. Nam mel solum depuratur per superius, & oleum per inferius. Ideo mel melius est in fundo & oleum in supremo, Vinum autē in medio. Præterea forsan erit uinum aliquod q̄ non erit nouum nisi per quatuor menses, nam infra tale tempus erit perfectum depuratum & defecatum, Et aliud uinum erit q̄ infra annum non erit perfecte depuratum. unde quanto uina sunt potentiora et grossiora, tanto tardius depurantur. Et quanto sunt debiliora & magis aquæ citius depurantur. Constat ergo uina illa in quibus est plus de substātia aquæ, esse debiliora: & econuerso illa uina in quibus est mihius de equeitate & mihius de fece, & plus de partibus uinosis, talia esse uina potentiora. Et prima uina cicus conuertuntur in acetum q̄ secunda Causa autem propter quam uina aquosa debilia cicus

Conuertitur in acetum, est scđm Galie quarto simpliciū
Acetum fit quando partes uinoſe infringidantur & par Acetum
tes aquee putrefiunt. Et propter hoc acetum ponitur quomodo
frigidum propter priuationem caliditatis uini & poni fiat.
tur calidum caliditate putredinali. Et propter hoc in a^c
ceto est duplex sapor, acutus & acetosus: Nam acutus
sapor est in aceto ratione caliditatis putredinalis. Et a^c In aceto
acetosus in eo ratione frigiditatis partium uinosarum. Et duplex sa
exide dubitauerunt antiqui de complexione aceti. Qui por.
dam enim posuerunt acetum frigidum, & alij calidum De como
Vnde uideimus q̄ acetum interdum infringidat & inters plexione
dum calefacit. Nam ratione caliditatis putredinalis eas aceti.
lefacit: & ratione infrigidationis partium uinosarum
infrigidat. Forte ergo in fieri:acetum plus calefacit q̄ in
frigidat Acetum etiam in facto esse: forsitan per accidens
calefacit, sed per se infringidat Et ad hanc intentionem
dicit Galien. in quarto simplicium. Acetum calefacit li
cet nō sit calidum. Aut quia habet duas substātias. Aut
quia aggregat sua frigiditate & poros claudit. Aut
quia mordicat & dolorem facit & dolor attrahit ma
teriam calidam ad locum sed acetum scđm suam natu
ram & per se est frigidum ualde, plus enim declinat ad
frigidum quam mel ad calidum. Mel autem est calidū
in secundo: ecetum ergo erit frigidū in tertio. Vnde Gas
lien. quarto simplicium uult q̄ parua quantitas aceti cū
multa mellis constituit temperamentum & ex hoc co
cludit q̄ acetum est magis declinans ad frigiditatē q̄ ad
caliditatem. Et quia in uino debili partes uinoſe citius

infrigidatur, & earum calor citius exalat, & partes queæ citius ebuliunt & putredine suscipiunt. Ideo uina debilia et aquæ citius in acetum conuertuntur. Et ex hoc sequitur q̄ acetum ex uino debili citius deuenit ad suam perfectionem q̄ acetum ex uino forti & potenti. Amplius sequitur q̄ acetum ex uino debili est calidius ~~caliditatem~~ frigidus est frigiditate opposita caliditati naturali, & hoc est uerum in fieri, forte enim in facto esse acetum ex uino potenti & frigidius q̄ acetum ex uino debili, nam in aceto ex uino potenti sunt plures partes frigide, q̄ in aceto ex uino debili. Nam sicut in uino potenti erant plures partes uinose q̄ in uino debili, sic post conuersationem eius in acetum, sunt in aceto uini potentis plures partes frigide, & sic concluditur q̄ acetum uini potenter in facto esse, frigidius est aceto uini debilis in facto esse, licet in fieri per oppositum contingat.

C A P I T V L V M T E R T I V M.

E lectio **I.** **uini.** **T**AUDANT MEI sodales & consocij uinum ex tribus,

que literaliter in hac dictione Cos continetur, scilicet ex calore, odore, & sapore. Galienus autem diversificat uina ex pluribus, ex colore, odore, sapore, ex substantia, ætate, uirtute, & tempore, quem in tertio regiminis acutorum cōmento primo lege, cōmentum il-

Dubium I. lud dimitto, & ad dubia descendo. Dubitatur circa colorē & substantiam uini, quæ uina sunt nutritiōnē, nigra an rubea. Galien. enim interdum uidetur sentire, ut scđo afforismorum, uina nigra esse nutritiōnē, &

interdum uidetur consentire q[uod] uina rubea sunt nutritiora, scz 3. de alimentis. Ad hoc respōdendo dicendū q[uod] quando Galien: asserit uina nigra forte nutritiora in secō. aff. illo afforismo (Ecclū quae sunt nutritiora) intelligit ea fore nutritiora per accidens, quia ecclū nutrimentum tardius dissoluitur. Sed nutrimentum uini rubei c[on]sumptum resoluitur & minus durat. Quādo autē Galien asserit uina rubea esse nutritiora. Intelligit q[uod] plus de eis in sanguinem conuertitur & minus sunt superflua. Vel potest dici q[uod] comparat uina nigra ad uina rubea subtilia. Plus enim nutriunt uina nigra q[uod] uina rubea subtilia, sed uina rubea grossa plus nutriunt q[uod] uina nigra grossa, sunt enim magis apta ut in sanguinem conuertantur. Vel potest dici q[uod] intelligebat per uina nigra uina rubea grossa. Rubedo siquidem in substantia grossa est nigrum Et per rubea intellexit rubea subtilia, et sic uina nigra sunt nutritiora q[uod] rubea, sed rubea grossa plus nutriunt q[uod] nigra grossa, scilicet patet solutio contrarietatis. Præterea circa uirtutem saporem & odorē que dubium ritur que uina sunt potentiora & magis odorifera: Dicendum est q[uod] quanto terra est calidior, tanto uina sunt potentiora, & magis odorifera, & minus aquosa. Vnde uina septimi climatis, sunt aquosa & debilia, et propinquæ naturæ aquæ respectu uinorum quarti & quīti climatis. Et similiter uina orientalia eiusdem climatis, communiter ceteris paribus sunt meliora q[uod] occidentalia uina. Amplius uina crescentia in terra alta montuosa lapidea discooperta a meridie, & cooperta a septentrione.

*Carta Lon
bardia*

¶ occidente, sunt meliora & potentiora & maioris
nutrimenti q̄ crescentia in terra plana cooperta a me-
ridie & oriente. præterea dico ¶ teneo q̄ uinee melio-
res ad bonū uinū procreandū sunt ille in quibus blada
minime seminantur. Vnde communiter terræ bone ad
frumentum & bladum seminandum, non sunt bone ad
uites & uinum. Similiter terræ in quibus creuerūt quer-
cus non sunt bone ad uites, & orti atq; terræ in qua-
bus sunt caules, non sunt apte ad uites, & uina propter
contrarias qualitates, quercus & caulis, quæ sunt frigida
de siccetate, & uini quod est calidum humidum. Plinius lib.
bro 17. Amplius dico q̄ uina ex uineis & uitibus mul-
tum eleuatis a terra nō sunt ita bona sicut uina ex uitiis
minus eleuatis a terra. Nam uue ex uitibus propin-
quis terre, perfectius digeruntur & maturantur. quia
in loco propinquuo terre perfectior fit radiorum solarii
refractio. Verum sunt quedam excellentia loca in qui-
bus oportet q̄ uites sint multum eleuatae a terra, nam si
essent propinque propter magnam caliditatem prouen-
ientem ex magna & immensa radiorum refractione,
adurerentur uue. Et similiter in terra multū pingui &
humida. bonum est esse uites eleuatas. ut alimentum ue-
niens ad racemum ex quo uinum debet generari, sit ma-
gis purum & magis digestum. In septimo climate quia
ibi uinee sunt in terra argilosa & lapidea sicca nō pins-
gui & in terra satis frigida, uites sunt propinque terre
In terris autem calidioribus parum, & in Lombardia
ubi sunt uince in terra pingui & humidiori, uites magis

eleuantur a terra, & precipue quando in terra vineas
rum bladum seminatur. Supposito etiam q̄ in hu:usmo:
di terra non seminatur frumentum, dummodo terra illa
esset punguis & humida, bonum esset. uites esse altiores
a terra prepter causam dictam.

CAPITVLVM QVARTVM IN

Afforismis. Vini & Agreste fecis & Aceti.

Habito respectu ad caliditatem scilicet derelictam
in musto que similis est scintille per quam calis
dicitatem fit ebolitio ipsius. Mustum est calidius de calidi-
tate accidentalē & essentialē q̄ antiquum & medium
uinum. Vide etiam mustum ad tactum calidius inueni-
tur q̄ uinum antiquum & mediocre. Habito tamen re-
spectu ad partes uinosas & aqueas, ex quibus uinū cō-
ponitur, uinum antiquum est calidius, nam in uino de-
purato partes aquose & immutate, per ebullitionē sunt
maturatae, & partes uinoſe sunt puriores, & a supero
fluitatibus mundae. Illa autem caliditas solis similis scin-
tillæ post ebullitionem exalat. Hanc puto esse intentio-
nem. Auerrois. s. colliget. & Galien. 4. simplicium.

Si fersan Auicen. alicubi potum prohibeat simul cū Aff. 2.
cibo.. Non loquebatur de cibo permixtuo, sed de potu De potu
delatiuo. Non loquebatur de potu in quantitate pauca, permixtio
sed de potu multo. Non loqnebatur etiam de potu uir- uo & deo-
tutis confortatiuo, & malitic ciborum correctiuo. Nā latiuo,
talis competit simul cū cibo, Et quanto cibaria sunt groſſa
ſiora & ſicciora: tanto plus potus permixtius debet
effe maior. Potum autem delatiuum prohibuit Auicen.

Afforismus pri-
mns.

*Petrus de A
bar.* cum cibis, & etiā post cibaria mala, & specialiter cibis melonibus: & post melones & fructus. Sed quando cū cibis malis & cum consimilibus ut melonibus & fructibus bibitur uinum digestionis confortatiuum & maius licet correctium, nec precipit Auicen. nec prohibuit uinum, Vnde dixit super batecā & pepones potest homo bibere ciatum uini uel duos. De hoc lege Auicennam Serapionem: & conciliatorem in differentia, An super fructus bibendum sit unum.

Aff. 3. Vinum ratione suæ proportionalitatis cum corpore Vinū ualeat nostro, ualeat contra omnia uenena, tam calida q̄ frigida let contra sicut tiriaca, Vnde antiqui assimilauerunt uinū tiriacæ omnia uenena magne, Sed ratione suæ complexionis potentialis: ualeat uenena. contra uenena frigida solum.

Aff. 4. In cura ethice senectutis uinum mediocre q̄ est calidum in secundo est conueniens, Nō antiquum nec nouū. Non amarum, acutum, citrinum uel rubeum, non multum aqueum, sed ad aliqualem dulcedinem ad albedinem & pueram grossitudinem tendens.

Aff. 5. Vinum in febribus dandum est in sua hora, aquosum substantiæ subtilis, non ponticum, nec stipticum, nō acutum, non dulce &c. Galienus tertio regiminis acutorū cōmento nono & decimo. Sed uinum aqua mixtū. Galienus octauo de ingenio. Et Auicen. quarto capitulo in cura tertiane. In febre autem pestifentali da uinum album cum quintuplo aque 10. Almansoris. Et sit uinum bene commixtum & hoc uia potus, Sed propter cordis cona confortationem da uinum pauce cōmixtiōis & in quantitate pauca; & sit uinū forte,

Ante digestionem materiæ, Vinum plurime cōmixo. Aff. 6.
tionis propter ciborum cōmixtionē & corporis infri-
gidationem, humectationem, & sitis sedationem decet
dari. Sed materia digesta detur uinum minoris cōmix-
tionis: propter materiæ faciliorem expulsionem.

Sicut propter uirtutis debilitatem & dissolutionem Aff. 7.
cogimur dare uinum in principio morborum ante ma-
teriæ digestionem. Nam accidentibus uirtutem proster-
nentibus & dissoluentibus, illico cibus est dandus. Gas-
lienus 4. afforismorum. Sic ante materiæ digestionē das-
mus aquam frigidam propter febris magnū acumen et
sitis angustiam. Galienus nono de ingenio.

In omni sincopi competit uinum. In sincopi ex hu- Aff. 8.
more colericico amaro competit uinum album ponticū
mixtum cum aqua frigida. In sincopi ex humorū crudis-
tate & indigestione competit uina uinosa subtilia et
penetratiua. In sincopi ex humorum multitudine cōpe-
tunt uina mediocria, non multum nutrientiua.

In doloribus capitis: in sanis & infirmis: uina uinosa Aff. 9.
consueuerunt inducere graued:nem & dolorē capitis.
Galienus tertio regiminis acut. Vinū non percutit mem-
tem nisi propter suam caliditatem & uelocitatē effuz-
tionis ad caput. Vinum enim est uaporosum & du-
ces humorem ad caput. Idem est de reumate: in quo nō
est bibendum uinum nisi in declinatione.

In suffocatione nō ualet uinum, quia facit euaporare Aff. 10.
materias & ledit cerebrum & neruos. Matrix autem
est membrum neruosum, sed propter confortationem

cordis competit via medicinæ in quantitate pauca.

Aff. 11. Utimur fece uini adusta & non adusta. Fex uini adusta calefacit & desiccat multum, & abstergit ulceram & aufert ab eis carnem malam, & cum hoc est stiptica, & sic prohibet ulceris augmentum. Virtus autem eius post adustionem cito resoluitur, & ideo est administranda nouiter adusta, & conseruetur in uase stricti orificijs bene obturato. Fex autem non adusta est stiptica: & prohibet fluxum humorum ad locum, & si fiat emplastrum de fece uini cum oleo mirtino & masticino super uentrem stringit uentrem. Et super matricem stringit menstruam. Fex etiam adusta cum oleo aufert albaras unguium illinita.

DE NATVRA ACETI.

Aff. 12. **A**cetum est compositum ex contrariis ultima contrarietate. Est enim calidum caliditate putredinali, et frigidum frigiditate opposita caliditati naturali uini. Vnde etiam in aceto sunt saporem contrarij acutus & acetosus. Acetum ergo de complexione potentiali est frigidum & siccum & de actuali & essentiali, est frigidum & humidum, cum sit aqueum a dominio.

Aff. 13. Acetum non nocet habentibus humores grossos, quia est grossorum humorum attenuatum. Gal. I 2. de ingenio. Acetum etiam in duro apostemate splenis et la certorum sine timore concedimus. Galie ibidem. Acetum est commune digestuum materijs calidis & frigidis. Auicē tercio canone de cura doloris capit. Acetum & alia que participant stipticitate aut sunt acetosa: si recipiantur in stomacho modo sunt stiptica & uentre stringuntur.

Sic etiam stiptica & pontica stringunt. Sed si sapor acer
eosus inueniat stomachum humoribus occupatum, lao-
xabit uentrem humores preparando ad expulsionem, &
ratione suæ acuitatis materiam incidendo. Hæc est mēs
Rasis tercio Almāforis, & Serapiōis in aggregatiōibus

Acetum multum lapsū est a complexione corporis Aff. 14
humani & corporis Jani, & cū conseruatio sit per sis-
milia: acetum autem non est simile immo magis medici-
nale, igitur non multum competit in corporibus sanis tē-
peratis & temperamento propinquis. Nam conserua-
tor sanitatis non debet uti aliquo medicinali.

Acetum permixtū aquæ magis infrigidat & humes Aff. 15.
Etat & sitim extinguit q̄ aqua cum uino. Generaliter
autem acetum est bonum colericis & melancolicis, sed
nocuum est mulieribus, ledit enim carum matrīces. A-
acetum autē est bonū stomacho quia prouocat appetitū.

Sani homines habentes neruos debiles & iuncturas Aff. 16
& cerebrum debile, & oculos debiles, non debent uti
aceto, nec rebus acetosis. Similiter homines frigidi uel
ex etate uel ex complexione. Homines etiam habentes
uiscera debilia apta ad fluxum propter contentiue &
digestiue debilitatem, uitent acetum, quia acetum est
pungitium & ledit intestina & incitat expulsiam et
debilitat contentiue.

In tinnitu aurium & surditate fumus aceti receptus Aff. 17.
in aure per modum suffumigij est ualde bonus ad curā
& precipue si sit acetum infusionis rute. Amplius inie-
ctio aceti calidi in aurem, interficit uermes auriū. Am-

plus lotio oris ex aceto tepido & mediocriter calido
remouet dolorem dentium. Nam si doloris causa sit mate-
ria calda, tunc in ratione complexionis ualet alterado
discrasiam. Si autem dolor sit ex materia frigida grossa
& uiscosa, tunc ualet exicando materiam & subtiliada
& incidendo & gingiuas confortando, inspissando &
stipticando ne materiam recipient. Et per hunc modum
in omni dolore dentium acetum ualet.

DE AGRESTA.

Aff. 18.

ACETUM est subtilius & frigidius succo agreste.
In succo enim agreste nec est aliquid caliditatis
omnino. Sapor ergo agreste est acetosus tendens ad pō-
ticitatem uel stipticitatem. Nam uua acerba primū ha-
bet saporem stipticum, deinde ponticum, & cum plus
subtiliatur humor: efficitur sapor acetosus, & tunc fit
agresta. Et iterum per ulteriorem digestionem & cae-
lidi solaris decoctionem (si fieri poterit) efficitur sapor
dulcis. Exemplum sume in uuis & quibusdam pomis.
In aliquibus enim fructibus peruenitur de stiptico &
pontico ad dulcedinem & non ad saporem acetosum,
sicut patet in mespilis sorbis & amigdalisi. &c.

Aff. 19.

Agresta est conueniens pregnantibus & confortat
earum stomachum: & multum resistit corruptioni ap-
petitus earum, & prohibet uomitum & sincopim &
animi defunctiones, que pregnantibus cuenire consue-
runt. Amplius agresta ualet in fluxibus uentris colericis
& in uomitu colerico & multū confert stomacho re-
laxato, & est conueniens his qui sterlus euomunt.

CAP. QVINTVM DE VINIS

artificialibus.

Vina artificialia componuntur ex uino & qui-
busdam radicibus herbis uel floribus. Vnde tē-
pore uindemiarum fit uinum saluiatum & enulaṭū &c
Herbe autem huiusmodi uel flores uel radices ponūtur
in musto anteq̄ buliat, & post ebullitionem & clarifi-
cationem, huiusmodi uinum habet mirabiles operatioes
primas, secundas & tertias, impositorum in eo ante ea
ebullitionem. Et si ante ebullitionem, buliant predicta ad
ignem in parte musti, deinde ponantur in uase cum alio
musto, non erit dissōnum rationi. Hoc enim modo fit uinum
saluiatum, ad cerebri & neruorum & membro-
rum neruosarum confortatiōem. Vnde huiusmodi uinū
saluiatum ualet in paralisi tremore spasmō epilentia
& suffocatione matricis. Hoc etiam modo fit uinum co-
nulatum ad pectoris mundificationem & uisus clarifi-
cationem. Amplius uinum saluiatum & enulatum ua-
let in dolore dentium & in remollitione gingiuarum.
Huiusmodi uina & ab extra & ab intra ualent in egri-
tudinibus neruorum & membrorum neruosorum. Is
paraliticis ergo uinum saluiatum competit bibitum &
epithimatum.

DE VINO QVOD COMPETIT

cordiacis & tristibus.

Cordiacis & melancolicis & tristibus colera a-
dusta labrantibus: quartanarijs & spleneticis
fit uinum artificiale: & facit bonum sanguinem possi-

dere, & facit hominem cōpotem suę rationis, & omnes humores in cineratos rectificat. Fit autem huiusmā uinum cum buglossa cum radice & folijs senes & rosas & floribus utriusq; buglosse. Et accipiatur de buglossa plusq; de sene & rosis & floribus. Et aliqui sunt qui de omnibus sumunt æquas portiones: pro una libra uini albi accipiūt 3 i. prædictarum specierum, Et homo utatur eo post ebullitionem & clarificationem. Si autē hoc uinum fit pro sanis non apponatur sene.

DE VINO BORAGINIS ET BUGLOSSAE.

DE Boragine & Buglossa fit uinum cordiale secundum eundem modum, & ualet in tremore cordis, melancolia, & lepra & scabie, & similibus passionibus, Et huiusmodi uinum cōfortat uirtutē corporis regitiuam, & sanguinem clarificat & gaudium causat. **V**inum buglosse adustos humores educit per urinam, et cerebrum infectum humorē melancolico rectificat, dementes & fatuos sanat, & ad experientiam homies ex parua causa infatuati sanantur.

DE VINO LAXATIVO.

Vinum potest fieri laxatiuum in hunc modum, Vitis scindatur per longum & medulla extractatur, & intus ponatur colloquintida uel scamonea: aut aliud laxatiuum, & optime ligetur: & sic uua efficitur laxatiua. Cuius causa est, quia nutrimentum ueniens ad uiam per uirtutem illam habebit laxatiuum potestate. Et per hunc modum in cerasis, prunis, persicis, & pomis deposita medulla & partibus arbusti bene ligatis,

3

crescunt uiae, cerasa, pruna, persica & poma sine nucleis. Si autem addideris farmacum: aut aliquod laxatum etiam laxabit. Et per hunc modum possunt fieri rose gariofili &c. diuersorum colorum, ponendo in stipitibus rosarum uel aliarum frondium diuersos colores, rubeos, albos, citrinos, uel qui placuerint. Amplius per hunc modum fiunt olera, melones, & cætera terræ nascentia, suauia, alba, ampla, & lata, irrorando ad radicem seruum, lac, medonem, zuccharum: uel aquam simplicem uel compositam aliquorū terræ nascentium ad radicem eorum. Verum de tertio in tertium annum, uel ad magis quartum annum oportet renouare infusionem. Reliqua plura uide in libris uegetabilium & plantarum, Albertus Magnum de plantatione arborum.

DE VINO CITONIORVM.

EX Citonijs maturatis fit uinum per extractionem succi per se uel cum additione aquae, uel expositione uini. Hoc enim uinum post ebullitionem & clarificationem in multis casibus est ualde utile. Est enim stipticum & dissolutionis membrorum & sudoris diaforeticci prohibituum. Omnia membra principalia confortat fastidium remouet & abominationem, & omnem fluxum ueteris amputat, ualeatque epati supercalefacto, sitim sedat & bonum facit colorem, & multum ualeat in debilitate renum, ualeat etiam in epidimia, sed eius usus superflius stipticitatem & constrictionem uentris inducit.

DE VINO RORISMARINI.

Protest etiam fieri uinum modo supradicto de R^o
remarino, cuius uirtutes & operationes in mu-
tis casibus sunt notabiles, & specialiter in egritudinib-
us cerebri & neruorum frigidis: sua ergo aromaticis
tate uirtutem animalem confortat & fortificat: & sua
caliditate & siccitate discrasiam frigidam & humidam
remouet. Et sua subtilitate in substantia & actione hu-
mores grossos subtiliat. Sic ergo ab intus & ab extra
cerebrum & neruos confortat & fortificat. Et si ex
eo lauetur facies, ipsam clarificat. Et si ex eo lauetur ca-
put, capillos retinet & multiplicat. Et uniuersaliter
eius usus a putredine corpus preseruat, & non scilicet
ante mortem, sed etiam post mortem. Eius usus conser-
vat cor & iuuentutem prolongat & senectutem re-
tardat. Et si ex eo lauatur os, conseruat dentes & gina-
guas. Et si ex huiusmodi uino lauentur fistule & cacer:
& uniuersaliter ulcerā, multum ualet. Amplius tale uic-
ium ualet in quartana & quotidiana & passione cor-
diaca. Et rectificat matrices mulierum humidās & fri-
gidās, & prodest ad conceptum, & ualet in paralisi et
tremore & similibus passionibus. Balneum autem ex
aqua roris marini est senibus conuenientissimum, et fa-
cit hominem renouari ut aquilam. Amplius si ex uino re-
molitionis uel infusionis roris marini fiat aqua uitæ: ex
illa aqua curabitur flegma salsum: & fistula scabies et
cancer: que aliter curari non possunt. Huiusmodi autem
aqua ualet multum in paralisi, si ex ea membrū lauetur
& epithimetur. Et ualet etiam in maculis & telis &

lachrymis oculorum, Nota q; ex floribus roris marini
potest fieri ros quasi similis balsamo. Impletatur ergo
vas aliquod strictiorificij ex floribus roris marini &
ponatur in arena ad solem & sepeliatur usq; ad mediū:
& infra dies 40 flores conuertuntur in aquam: & illa
aqua recipiatur & ponatur in ampulla uitrea bene ob-
turata per dies 40. & inspissabitur & digeretur ad mo-
dum balsami, & multum ualeat a supradicta: & specis
alicer ad maculas oculorum & paralism. In regiōibus
autem frigidis potius artifex et alchimista operaretur
sublimationem ad ignem quam sepeliret in terra Fria-
gida enim regio retardat subimationes & distillationes
aque: sinon ad ignem sublimabuntur.

DE VINO DEOPILATIONIS

splenis & epatis.

Fit etiam uinum contra ictericam ex scolopēdria,
endiua, cicorea & absinthio, remollientur ergo
& infundantur in albo uino, & deinde clarificetur cū
zuccaro, & coletur sicut colatur claretum, & si reser-
uetur in vase tamarisci uel fraxini, erit melius et ad deo-
pilandum aptius.

DE VINO CVRANTE PLAGAS.

Ad curandum plaga penetrantes solo potu. Fi-
t uinum ex radicibus rubeæ maioris: caulis ru-
beis & urticis. Hæc ergo omnia conquassata in sacculo
posita bullant in uino, et illud uinum detur potui in die-
bis: & super uulnus foliū caulis ponatur: & curabitur
si deus uoluerit. Aliqui autem in hunc potum ponunt

*garofila tum pipinellam, lanceolam, uerbenam, planā
taginem, zanket: & alia consolidativa, uel consolidam
maiorem & minorem & consequitur propositum.*

DE VINO ALKEKENGI.

Fit uinum mirabile ex granis rubeis solatri mons-
tani modo supradicto, & uocatur uinum Alke-
kengi, & hoc uinum est mirabile in retentione urinæ.
— Nam prouocat urinam retentam per quatuor dies: et
est res experta. Hoc etiam uinum mundificat renes &
uescicam a materia arenosa.

DE VINO EVFRAGIE.

Proclarificatione uisus fit uinum de Eufragia, q̄
bibendo interius & exterius colirijando & lauā-
do, & ad opilationes renum & eos mundificandum ab
arenosa materia, & ad dolores iuncturarum mitigan-
dum, duertēdo materiam ad uias urinæ: bene prodest.
Per eandem autem uiam fit uinum de gramine: & est
uinum graminatum. Item fit uinum de Isopo, qd' ualet
senibus flegma mundificando a partibus spiritualibus,
& ualet in tuſ & astmate & hidropisi & epilentia.

De uino **P**reterea fit uinum extinctionis auri, ita q̄ uinum in
extinctionis quo extinguitur aurum ignitum multum confert, & si
auri. **r**epetatur eius extinctionio magis fortificabitur. Multum
enim confortat cor & stomachum & omnia viscera,
plusq̄ aqua in qua extinguitur ferrum ignitum. Et sic
buiusmodi uinum ualet in cordiaca & in fluxu ueteris
& lepra & melancolia.

DE VINO ABSYNTHI.

Vinum artificiale de Absinthio etiam paratur;
et huiusmodi uinum est ualde utile ad multa.
Primo enim ualet contra lumbricos. Valet etiam in opiliationibus laterum et iictericia. Et ualet in desectione appetitus. Valet in epilentia. In amissione loquele: et in tumore uiuile et lingue. Amplius ualet pruritui ex flegmate salso. Et si ex eo lauabitur uulnus: non fistulabitur: nec exrescet mala caro. Amplius huiusmodi uinum provocat menstrua. Amplius ualet contra uenena fungorum insquami: cicute, et opij. Et huiusmodi uinum clarificat usum, et ualet tempore epidimie et in aeris corruptione et infirmorum uisitatione. Valet in podagrā et ad intra et ad extra.

Item sit uinum contra tuſsim et aſma, ex liquiricia et De Vino aniso et feniculo, ex scabiosa ifcpo et c. et liquiricie fit contra tuſſe duplum aliorum.

Item fit uinum quod stringit uentrem ex uino citri niorum depurato cum uino rubeo stipitico et aqua reſae uel plantaginis.

Item fit uinum mulieribus pregnantibus quod conservat uentositatem. Prohibetq; aborſum: et conseruat ſecum in matrice usq; ad tempus partus. Reſe. apij, meteſicce, ameos, ani. an. 3ij. masticis, garioſilorū, macis caradomoi, rob ru. an. 3 I. cinamomi aureum. I. zedoarie, ireos ciperi an 3ij zuccari quantū ſufficit, fiat claretum ex predictis: Vel fiat electuariū, Utatur eo mulier pregnans, et fetus conſeruabitur in matrice et non abhorciat.

De Vino Præterea si uinum anisi, et hoc uinum uentositatem eos
anisorum. sumit et operationes aperit, et digestionem confortat, et
acetosam eructationem tollit, Et est multum conueniens
mulieribus lactantibus. Nam aperiendo, subiliando, san-
guinem generando, et digestionem procurando et uen-
tositatem consumendo, lac multiplicat et rectificat, et
est festinum remedium in dolore uentoſo et arenoso, et
in dolore colice. Et ad idem ualeat anisum conditum.

De Necta Amplius fit nectar pro senibus flegmaticis et melas-
re ſenum. colicis qd' renes et totum corpus calefacit, et emorroi-
darum humorem tollit: cibum digerit, et bonum colore
facit, canos retardat: uisum acuit: mentem confertat, op-
pilationes aperit. Rx. cinamomi aur I. spice xilobalsami
carpobalsami, masticis, macis, an 3 i. liquiricie passularu
an 3ij. zuccari et mellis an. quantum sufficit, fiat nectar
Posset etiam fieri hoc uinum tempore uindemiaru cum
musto bono.

DE MODO DILVENDI

O limphandi uinum.

IN regionibus calidioribus admiscetur aqua uino in-
bibendo. Conueniens autem modus miscendi uinum
cum aqua secundum medicos est talis, q. aqua sumatur
feruens et buliens: et q. huiusmodi aqua ponatur ad ui-
num bibendum et q. dimittatur infringidari. Nam per
hunc modum fit perfectior commixtio uini cum aqua,
Vnde satis est in artificiole bibere uinum mixtioe facta,
Nam mixtio non est perfecta nisi post tempus longum,
Vnde bonum eſſet q. huiusmodi permixtio fieret per

modum predictum per unam horam ante commestione
et bibitionem. Nam natura tunc minus laborabit in di-
gerendo illud uinum: et malicia aquae perfectius remo-
retur per uinum, et econtra hoc ergo ualde rationabile
in sanis et egris.

CAPITVLVM SEXTVM DE CERVISIA. 29

Caput p.
lxxviii
Dixit Galienus libro sexto de simplicibus. Cere-
us/a est potus quem facimus sicut facimus foca
et generat malos humores et dolorem capitum et nocet
neruis. Idem Galienus dixit in afforis. cōmento 20. paro-
ticule secundae, q[uod] foca est potus egyptiorum ex ordeo
factus. Dixerunt alij q[uod] cereuisia ex ordeo et frumento fa-
cta est in suavis et indigestibilis, malos fumos et malos
humores generans, constipat et opilat epar et splenem,
et in renibus lapidem generat. Item dixerunt, cereuisia
si est ex ordeo auena uel riso: minus opilat; minus nutrit
et minus generat uentositates. Quae autem est ex frus-
mento, magis nutrit et magis opilat. Et quanto cereuisia
est grossior aut turbulentior aut noua, tanto deterior est
Et quanto subtilior et clarior, tanto melior. Item dico-
runt q[uod] cereuisia assumens, mentam, apium, feniculum:
uel alia aromata: aut diuretica, omnibus alijs melior ius-
dicatur, sed talis diebus calidis non competit. Dixerunt
etiam q[uod] omnis cereuisia de quoque grano facta sit, gros-
sior est q[uod] uinum et difficilis multum ad digerendum, et
opilationes in uisceribus facit, uentositates generat, dol-
orem capitum inducit et appetitum cibi deiicit. Item dia-
ixerunt q[uod] cereuisia mala est in se, quia uiscosa et ex grao

nis in aqua humefactis et uiscosis facta. Et iterum malo
artificio fit, quia per motum agitationem et putrefac-
tionem, quæ omnia indisponunt eam. Et ad huc quia
ut sœpe res malas in sui compositione et confectione as-
sumit, ut herbas malas, succos malos, et uermes etc. ergo

Nota bene in se mala est. Hæc illi dixerunt. Nos autem dicimus q̄
ceruisia de frumento seu tritico regulariter et magistra-
liter facta est bonus potus, ut quæ est de bræco, secun-
dum exigentiam additionis aquæ bone, & secundū exis-
gentiam ignis et coctionis sufficientis, cum instrumentis
et uasis requisitis cocta, in substantia mediocris uel te-
nuis cum additione lupuli bullita: depurata clarificata,
et in ætate ac tempore cōpetenti oblata atq; potata, cē-
setur bonus potus omni tempore, magis autē in æstate.
In fèbris, in frenesi, et egritudinibus calidis. Primum
itaq; dicimus ceruisiām esse bonam de tritico, quia inter
omnia grana: granum tritici melius est hominibus nu-
tribilis et temperatius, ut supra de pare dictum est.
Et debet esse preparatum granum frumenti. Puta prius
in bræcum redactum. Per humectationem et exicatio-
nem competentem, sine putrefactione factum. Hæc aut̄
preparatio est magistralis et necessaria, quoniam nisi
coriandrum aut seniculus aut zinziber, uel aliud aroma
prepararetur: non bene conficeretur. Infusum autem
et remollitum acquirit nouam formam et saporem: bo-
nitatemq; delectabiliorē et confectionem magistralē
Sicut et in metallis, que nisi remollientur et adureren-
tur, unum ab alio non separaretur, scilicet argenteū &

R. a
surum a cupro, neq; in se compleretur. Non enim frumentum humefactum & postea exicatum recipit corruptionem aut putrefactionem, quod aduersarij oponunt, quimodo acquirit nouam formam ex tali preparatione. Per quam perficitur & melius redditur, quod ex perimento comprobatur, quia sic consecutum est, delectabilius in sapore odore similagine & farina, & quod frumentum in se non habuit: ex artifitio & preparatione acquisiuit, Velati coriandrum ex infusioe in aceto acquirit meliorem saporem & odorem, ut tandem cofectionem delectabiliorem susciperet. Non ergo putrefit, sed dispositionem & formam ex artificio acquirit perfectiorem abiliorem & delectabiliorem. Debent etiam Brasatores & coquentes assummi periti, qui noscunt quantitatem aquae, tollerantiam ignis, appositionem luspoli in coquendo temporibus suis addere, sufficienter coquere, ebullire defecare, & in uasa munda transuasare, aliter non acquireret perfectioem ceruisiae. Et propter imperfectionem generaret dolorem capitis & torsionem uentris. Laudamus insuper ceruisiā mediocris substantiae aut ad tenuitatem declinantem. Nam ceruisiæ spissæ & ordaceæ turbide & nouæ male sunt, caput perturbantes & uentrem, & generantes calculum, quales sunt ceruisiae in alemania bassa, & circa mare germanicum ex ordeo facte, & cum butyro & piscibus bibite: malos corruptiles humores & calculum generantes. Ceruisiae etiam septentrionalium Lithuanorum Liuvensium Prutencrum Rutenorum & Tartarorum,

Not
accipiens in sui compositione milium, siliquinem, avenam
acetum, & succos acetoſos herbarum, non sunt laudas
biles, quia carent magisterio coctionis depuracionis: &
intrant in eas mala componentia. Acetositas siquidem et
succi fructuum & herbarum & si excipiant, malum ta
mē humorem & putrescentiā generant. Similiter que
dam ceruſiae germanorum per lapides calefactos cocte,
& aliorum hominum per additionem absinthij condite
insuaue & illaudabiles sunt, impurificationem uentris &
coleram prassinam & eruginosam generantes: ad uomi
tumq; prouocantes. Appositionem autem lupuli et eius
competentem coctionem atq; infusionem, non scilicet laud
amus, sed omnino necessariam declaramus: sic enim ad
ditus lupulus opilatioes prohibet, sanguinem & colerā
depurat, Vias urinę & cegestionis aperit. Quemadmo^{dum}
dixit Mesue, q̄ lupulus est laudabilis sanguinem
mundificans & coleram & sedat inflamationem: & aperit
opilationes: & ietericiam remouet. Et o q̄ parum
utimur eo medici nostri temporis & spernunt adminis
trationem eius, cum sit medicina bona. Et qui bibendo
uinum constipantur, bibitione ceruſiae regulariter &
artificiose facte, beneficium uentris, & assellationis co
sequuntur, & equidem suauiter & sine aliquo nocumē
to. Similiter calculosi ex malo potu & ex uino Renēſi
uel ei simili, cereuſiam bibentes de frumento tenuem et
diureticam liberantur, prout in experimēto clarissime
comprobatur. Ad instantias ergo & primo Galieno et
antiquis medicis respondemus, q̄ locuti sunt de foça &

ceruisia sūt temporis, que siebat ex ordeo sine preparacione & magisterio coctionis: quales & nunc reperiuntur in Corithania circa Villacum, & in Morauia, & coquuntur in ollis cum ignitis lapidibus, quod nihil ualeat. In Russia autem & Lithuania & Tartaria fit brabantia ex quibuscunq; granis & succis & acetositatibus identidem male coctis, & idcirco in ualidis & malos humores generantibus. Alijs instantijs similiter respondeatur ex predictis ueras admittendo & falsas confundendo. Ad illud q; ceruisia de quocumq; grano sit, grossior est & difficilioris digestionis q; uinum. Dicimus q; aliqua uina peiora reperiuntur q; ceruisia lupullata, clara, magistraliter cocta atq; conseruata. Veluti uina grossa, fetida, nigra, turbida, displicibilia in sapore, & in colore palmea: & uina recocta. Sic & uina in locis calcitosis & petrosis crescentia. Uina multum fortia et uina Renensia, quæ stomachum ledunt, caput perturbant, mentem tollunt & infatuant: ad pessimasq; egrotudines perducunt: & calculum generant, talia uina non sunt meliora ceruisia magistrali, ergo &c. Ad experientum autem tales egrotantes de predictis uinis malis uenientes ad ceruisias lupulatas & tenues, liberantur & sanantur: sola bibitione frumentacea ceruisie regulariter coctae. Propter quod noster magister Franciscus græcus medicus & chirurgicus peritus, cum sit Italæ natus & in Constantinopoli enutritus, & uxoratus, assertit se non posse in Italia & grecia permanere, quia illis ceruisia artificiose facta non inuenitur. Valde enim

Explan.

utile est in estate. & febribus arsiuis: obmissio uino bie-
bere ceruisia tenuem regulariter factam, & in hye-
me & egritudinibus de causa frigida: extendere manū
ad uinum. In sexto autem climate homines docti & me-
dici periti dicunt munus dei & abundantiam habere in
prompto, binos potus uel plures, & non solum uinum,
& ad delectabiliorem eorum secundum ex gentiam et
presignationem medicorum aut uirorum peritorum
declinare.

CAPITVLVM SEPTI'MVM.

Quid pri-
us bibēdū.

QVeritur ubi ponatur in eadem mensa, ceruisia et
uinum quid prius bibendum est: ceruisia an uinū
Respondet Arnoldus de Noua villa super regio-
men Salernitanum, q̄ prius bibenda est ceruisia. Ratio
quia ceruisia mollificat, lubricat, & egestions expellit
Vinum autem perfectum & clarum desiccat & non
subducit uentrem, prius itaq; ceruisia sumatur, postea
uinum. Altera ratio, quia natura ualde delectatur &
concupiscit uinum: ipsumq; trahit & per se & cum ci-
bis sumptis ante digestionem. Ne ergo indigesta trahā-
tur ad epar, prius ceruisia bibenda est, quam natura nō
tantum appetit, sed demittit, Postea autem uinum bibē-
dum, tunc enim mora eius retardabitur ne ad epar suo
bito rapiatur. Et bonum esset ut in fine mense similiter
liberetur haustus ceruisia uel aquæ, sicut faciunt uiri
magni ingenij & prícpes prudentes, ut ex potu reper-
ciuente: fumi & uapores non petant nec ledant caput
persertim in hominibus habentibus oculos debiles, &
caput & dētes dolētes,

Queritur ubi offertur uinum, ceruisia, & medo quod eorum prius bibendum s.t. Ad hoc dicendum q, in principio bibatur ceruisia aut medo. Ideo quia uterq; potus predictus, secedit & cito defluit, uentrem purgando, et squibala deijciendo. Ceruisia per mollificatio emis: u ablationem, & medo per linitionem. Lubricat enim & lenit & abstergit medo intestina. Postea uinum sumatur, & per se & cum medone, quia uinum & medo [Lxx]
propinqua sunt in calefactione & delectatione.

Queritur tertio de succis fructuum. scz, cerascrum, prunorum, pomorum. Dicimus q, succi fructuum etiam depurati & maturati: puta in aetate eorum perfecta, non in toto laudantur, minus enim copelunt q, alij postus: nisi in diebus calidis & aestate feruida. Sic & in febris & egritudinibus de causa calida, tunc laudantur & medicinaliter propinrantur. 79

CAPITVLVM OCTAVVM.

Aqua mellis que hidromel dicitur, & est medo De aqua aquose & tenuiter coctus, ualeat ad egritudines mellis. frigidas, & propriæ que sunt in cerebro & in nervis & in iuncturis, in hominibus senibus & flegmaticis. De qua Ioan. Mesue in suo grabadin sic dixit, q, confert ad tußim humidam, & mundificat pectus a sanie & huic more grosso: & confert uis urinæ: & non permittit in eis lapidem generari: et mundificat per urinam, cōfere colice & lauat & abstergit uiscera: et soluit et mundificat uentrem a fecibus, bibitur loco utri in egritudinibus neruorum et doloribus iuncturarū (Et ego in mor-

~~foraturam
dolor fedator~~
VII bo gallico ad se dandum dolorem iuncturarum ex huo
more grosso flegmatico et melancholico adusto prouenientem, administrabam aquam mellis: et facile quiescebat et cessabat dolor iuncturarum, et absq; dolore dorriebant: seruato regimine bono in alijs rebus non naturalibus. Verum adolescentibus colericis de ferido hu more laborantibus, strictas uenas habentibus, addit dolor et sitim, Ideo illis non exhibeatur) Inquit Mesue.
Scito q; ars cocture acquirit ei proprietates aliquas, et illud est quia parum cocta facit inflationem et minus nutrit et magis laxat, Multa autem coctio inflationem resoluit et digerit, et magis facit eam nutribilem: et laxare minus. H ec mesue.

De succis Succi de fructibus prunorum, cerasorum, persicoru
fructuum et pomorum depurati et clarificati: extinguant sitim inestate bibiti calida. Verum ubi inuenitur copia uini, aut bona ceruisia: melius est obmittere succos fructuum, et bibere uinum aut ceruisiu. Succus tamen de pomis dulcibus et acetosis an. et equaliter sumptis: ad consumpcionem medietatis coctus, clarificatus, et zuccaro dulcos ratus, confortat cor debile, et sauat sincopim: et tremorem cordis. Sed succi de pirus, de citonijs et malis granatis musis et acetosis: confortant stomachum et stringunt naturam eius, et quo ad uomitum: et quo ad fluxum uenteris Præcipue in fluxu proueniente post crapulam et repletionem.

De iulep. Iulep uiolatum et iulep rosatum eodem modo operantur et conficiuntur Recipe aquæ rosarū aut uiolarū

fibras 5. et zucchari libras 4. et coquendo cum facilitate
administrantur cum aqua frigida. Prudenter iulep uiolaris
ad febres et inflammationes et asperitatem pectoris, ad
situm et tussim siccum et pleuresim. Iulep autem rosatum
valet ad haec eadem, sed addit aliquam stipticitatem.

Vinum Hippocratis quod preparatur ex muscatella De Vino
uel alio uino bono et dulci: ex zuccharo cinamomo et spe Hippocrat
iebus delectabilibus et saporosis. Per coctionem claris tico,
ficationem et infrigidationem. Valet homini bus delicat
is: proprie mulieribus: alti status: delicatis, Et gallici li
benter utuntur eo. Nos autem facimus salsa mentum sua
ue ex eisdem scz ex uino delectabili et ex tragea minuta
bene consecuta cum dulci cinamomo et zuccharo. Aut si
talis tragea defuerit: recipere tur zuccharum et cinamo
num puluerisatum: uel alie species delectabiles; et como
mescendo cum uino delectabili, utimur cum rostitis et as
satis pro salsa mento delectabili.

TRACTATUS DE AQUA.

Capitulum Primum.

Aqua est corpus omogeneum: ex materia et for
ma compostum, elementum nostrorum corpo
rum et aliorum mixtorum, quod in partes diuersarum
rationum minime diuidi potest, ex qua si proprie naturae
derelinquatur, apparent frigiditas et humiditas sensu
percepte, cuius naturalis locus est inter superficiem co
cavam aeris et superficiem conuexam terre. Imagina
dum est ergo q, sicut terra et aqua secundum rationem
in mixtis perfectius dominantur quantum ad grauitatem

respectu ignis et aeris, sic etiam dominantur quo ad fri-
giditatem Et sic omne mixtum ex elementis perfectum:
erit terreum vel aqucum a dominio, et per consequens
frigidum frigiditate elementari. Si autem aliqua mixta
dicantur calida, et ad tactum calida sentiantur: propriæ
naturæ derelicta, hoc non est caliditate elementari, sed
caliditate cœlesti et data ab agente: et quo ad cōplexio-
nem formalem, sed de complexione formalí data ab ele-
mentis: omnia elementa sunt frigida a dominio. Frigida
quædem et sicca si sint terrea a domino. Etiam si aliqua
mixta puta uiuentia sanguinea ad tactum inueniantur
calida, sicut cor, epar, sanguis, et colera, quæ ad tactum
calida inueniuntur. Dico q̄ huiusmodi caliditas non est
elementaris, nec consequens complexionem materialem
sed erit cœlestis ab agente et secundum complexionem
formalem. Cor ergo de complexione materiali data ab
elementis est frigidum et siccum a dominio. Licet de cō-
plexione formalí data ab agente et cœlo sit calidum a
dominio. Sanguis autem de complexione materiali est
frigidus et humidus a dominio, sed de complexione for-
mali et cœlesti data ab agente est calidus et humidus. In
mixtis autem animatis sanguineis complexio formalis
data ab agente uincit materialem: et sic totalis cōple-
xio eorum declinat ad calidum: et hoc in mixtis ani-
matis. In mixtis autem inanimatis carentibus uita, com-
plexio data ab agente uincitur a complexione materiali
et sic eorum totalis complexio declinat ad frigidum. To-
tus ergo homo de complexione materiali est frigide cō-

plexionis, de complexione formalis est calide complexiois
et de totali complexione aggregata declinat ad calidū.
Similiter intelligitur de corde et epate. Lapis autem et
mineralia de materiali complexione sunt frigida, sed de
caliditate cœlesti sunt calida, et de complexione totali
sunt frigida, in eis enim materialis complexio uincit for
malem, et sic secundum totalem complexionem sunt fri
gida a dominio. Secundum quam autem proportionē in
mixtis elementis se excedunt, solum deo et naturae est ma
nifestum: nobis autem ignotum. Et nota quod quamvis di
catur in medicina de multis inanimatis quod sunt calida,
sicut per euforbiū: sunt calida de sua complexione
hoc tamen non est de complexione actuali, sed de com
plexione potentiali. Sicut ligna sicca licet sint frigida
essentialiter et secundum actum: cum tamen patiuntur
ab igne efficiuntur calida et calefaciunt. Sic etiam piper
licet essentialiter et in actu sit frigidum a dominio, tas
men cum patitur a calore naturali: multum calefit et
calefacit corpus nostrum. Omnia ergo mixta proprie
naturae derelicta de actuali essentiali et totali comple
xione frigida sunt. Ad quorum intelligentiam maiorem
ponuntur iste conclusiones.

¶ Prima Omnia mixta sunt frigida a dominio fri
giditate elementari et de materiali complexioe.

Secunda. Omnia mixta sunt calida, caliditate cœ
lesti et data ab agente et de complexione formalis.

Cōclusio. Tertia. Quedam mixta de complexioe totali ag
gregata et materiali data ab elemētis et for
mā.

Imali celesti data ab agente, sunt calida et quādam frigida a dominio.

Quarta, De potentiali complexione aliqua sunt mixta calida et aliqua frigida.

Quinta, Stat q̄ aliquod mixtum sit frigidū a dominio de cōplexione totali actuali, est tamē calidum de complexione potentiali a dominio.

Pro prima conclusione scias q̄ frigiditas est qualitas formalior multo et perfectior in terra et aqua: q̄ grauitas et perfectius operatur ad esse mixti: ut habet uideri quarto metheororum. Si ergo terreum a dominio uel aqueum est graue a dominio: multo magis erit frigidum a dominio. Pro eadem prima conclusione uidetur esse intentio. Auerrois s. coliget, ubi dicit. In nullis compositionibus ex quattuor elementis est calor essentialis, et loquitur de cibis et medicinis quae administrantur corpori nostro. In elementis autem est calor in actu, et frigiditas in actu. &c.

Pro Secunda conclusiōe est Auer. 2. coeli. cōmen. 42.

* Cœlum non infrigidat sed generat caliditatem proportionatam cuilibet elemento.

Pro alijs conclusionibus, scito q̄ medicinæ quæ sunt instrumenta naturæ siue calide siue frigide, non agūt ad determinatum gradum ratione instrumenti, nisi prius alterentur a calore nostri corporis. Et licet medicina frigida primo occursu infrigidet corpus nostrum, absq; hoc q̄ alteretur a corporis nostri calore, sed nō ad gradum effectus determinati intenti a natura, nisi prius rea-

ducatur de potentia ad actum, et nisi prius informarea
tur a calore innato. Cum ergo dicit Galenus de medicina
frigida q̄ non patitur neq; parum, et q̄ ad hoc q̄
infrigidet non indiget nisi diuisione ad minima. Lcquea
batur de infrigidatione ipsius primo occurso, qui nō est
ad determinatum effectum ab anima intentum. Ad hoc
enim q̄ agat ad determinatum et effectum intentum,
oportet q̄ reducatur de potentia ad actum a calore no
stri corporis, Sed medicinæ calide primo occurso non
possunt calefacere corpus nostrum, sed oportet q̄ redu
cantur de potentia ad actum per quam reductionem
caleficiant ad determinatum gradum, Vnde si piper
puluerisetur super manum non calefaciet, nisi prius ca
lefiat a calore innato. Huiusmodi autem diuisione ad mi
nima: non sufficit ad hoc q̄ medicina caleficiat. Sed si se
men iusquiam puluerisetur super manum, primo occur
su infrigidat ante reductiōem ad actum, sed huiusmodi
reductio non erit regulata a natura: nisi prius actuetur
Et haec fuit intentio Galieni, quoniam medicina frigida
non indiget: nisi diuisione ad minima ad hoc ut post in
frigidet primo occurso. Hoc tamen sufficit Galieno ad
habendam differentiam inter actionem medicinæ calis
de et frigide. Per dictum autem Auer. non apparet alio
qua differentia inter modum actionis calide et frigide
medicinæ: sed per dictum Galieni huiusmodi differentia
est manifesta. Circa hoc dubitatur. Si medicina calida re
ducatur a corpore nostro, quomodo ergo poterit esse
calidior eo, cum effectus non possit esse perfectior sua

rausa. Ad hoc potest dici q̄ hoc prouenit ex parte passi.
Vnde uidemus q̄ lapis calefactus est calidior flamma
ipsum calefaciente, sic etiam possibile est per reductio-
nem, medicinam esse calidicrem. Alicmodo potest dici q̄
licet piper sit calidius membro. Non tamen est calidius
calore innato, et calore cœlesti, qui concurrunt ad re-
ductionem piperis de potentia ad actum. Et quia diuerso
se medicinæ diuersam habent proportionem ad corpus
nostrum. Diuersimode reducuntur ad actum: ut in pri-
^{obr}mo gradu: in secundo gradu: et in tertio &c. Dubitatur
de medicina frigida, si reducitur ad actū a corpore nos-
tro, quomodo ergo poterit esse frigidia, siquidem cor-
pus nostrum calidum est et agit per calorem innatum:
calidum autem innatum non potest facere de potentia
frigida actu frigidum. Ad hoc dicendum q̄ dubitatio
procedit ex falso fundamento. Nam calcr innatus non
reducit medicinam frigidam de potentia ad actum fri-
giditatis, quia non est in potentia ad frigiditatem, sed re-
ducit ipsam ad determinatum modum infrigidationis.
Nam medicina frigida a calore innato acquirit quandā
proportionem nouam sine qua non potest agere ad de-
terminatum gradum & ad effectum determinatum et
principaliter intentum a natura. Ex hoc patet quia ca-
lidum aliter dicitur de medicina calida, aliter frigidum
de medicina frigida. Non obstante q̄ utreq; dicātur ca-
lide secundum potentiam, conueniunt autem in hoc q̄
ambae accipiunt principium permutatiōis a corpore no-
stro ad determinatum gradum & effectū determinatiōis

principaliter intentum a natura, Sed differunt in modo
acciendi. Nam medicina calida interius recepta: pri-
mo diuiditur in partes paruas, nā diuisio ad parua pre-
bet calide facilem actionem, deinde calor innatus eidē
obviando accurrit et cum ea permiscetur inflammando.
Medicina autem frigida per calorem nostri corporis,
non fit actu frigida, immo ex se est actu frigida, sed q.
infrigidat ad determinatum gradum & operetur de-
terminatum effectum intentum principaliter a natura
hoc utiq; habet a calore nostri corporis. 30 7

C A P I T U L U M S E C U N D U M.

Aqua non infrigidat nec humectat membra cor-
poris nostri substantialiter, sed solum humeo-
ctat irrorando. Ad hanc intentionem dicit Galienus 4.
affo. Aqua frigida si quis in ea balneetur: Vel eam bibat
non humectat substantialia membra. Et hoc pro tanto,
quia in substantiam membrorum non conuertitur, non
enim nutrit. Illa enim quæ nutriunt, humectare possunt
membra corporis substantialiter. Aqua autem nō nu-
trit igitur &c. sed humectat irrorando & qualitatue
& non substantialiter hec nutritiue intrinsece. Et nota
q. aqua dicitur aliter infrigidare et humectare corpora
nostra q. alia mixta, quæ dicuntur frigida & hūida re-
spectu nostrorum corporum. Nam ad hoc q. aqua ins-
frigidet & humectet, nō opportet q. reducatur de po-
tentia ad actum a corpore nostro. Vnde aqua non di-
citur in potentia essentiali frigida, quia non infrigidat
ad gradum determinatū. Alia autem mixta que ponū-

tur frigidit respectu nostri corporis infrigidant ad gra-
dum determinatum, sed non nisi prius reducantur de po-
tentia ad actum, ut est superius dictum. Vnde talia non
agunt in corpus nostrum per qualitatem potentiam,
sed per qualitatem actualē. Et hæc est sententia Auer-
rois quinto colliget circa principium.

De opera Operationes aque pure sunt hæc. Prima est infri-
tionibus dare & humectare per se, Per accidens tamen posset
aque nostra corpora calefacere. Ut dicit Galienus tertio cō-
plexionum. Et in afforismis illo afforismo. Ventres hye-
me & uere sunt calidiſimi. Inter secundas autem ope-
rationes, principaliter conuenit ei sitim sedare. Nā sitis
est appetitus frigidi, humidi, quem cito faciat, ratiōe sue
subtilitatis, et cursibilitatis cito ad profunda ingrediēdo
nd que ingredi alia frigida humida a dominio tam cito
non possunt. Item aqua ratione subtilitatis & substātiae
habet unam operationem que est subtiliare cibum &
ipsum subtiliando facere penetrare. Ad hanc intentionē
est Galienus tertio regiminis acutorum Rasis tertio
Almansoris. & Auicenna primo canone, sen secunda:

C'Est primo inflatiua propter resolutionē mate-
riæ in uentositatē, cum illa materia consumi nō
potest, sed transit in uentositatem.

Secundo lauatiua. Nam ratione humiditatis re-
Aqua | mollit materiam & ipsam remollitam secum
rōe q̄L trahit & educit, & hoc est lauare qđ non facit
hūid. | glutinosum. Ut gumi arabicum, dragantū, mel:
est. | Tertio lubricatiua. Omne enī q̄ lauat lubricat,

~~¶~~ sed multa lubrica non sunt lauativa, uiola enim
est lubrica: sed non lauativa. Nam materia res
mollit, sed eam secum non dicit.

Quarto. Appланare res asperas, & hoc cū eidē
aliquid uiscosum admisceatur adherens, ut gu-
mi arabicum dragantum, humiditas enim sola
cursibilis non applanat.

Prima. Confortare inspissando substantia mē-
brorum qua inspissata calor naturalis non res-
soluitur, sed uigoratur. Hæc intentio: A uicenna
ij.can. Et non confortat sanguinem & spiritū
generando, quemadmodum uinum & aqua
carnium & uitelli ouorum. Nec confortat uis-
uificando & illuminando, quemadmodū aro-
matica, ut muscus, crocus. Et spiritum cralifica-
tia, ut margarite. Nec etiam confortat comple-
xionem membrorum conseruando, uelut me-
dicinae temperate.

Aqua
rœ fri-
gidita-
tis, ha-
bet qn
q; opa-
tives.
Secunda Repercudere. Primo, quia membrum
stringit, & minorem locum occupat, & illud
quod est in membro expellit. Secundo reper-
cutit, quia temperat mēbri caliditatem attra-
hentē. Ideo calido remisso minor fit attractio.
Tertio repercutit, calidum fugando per con-
trarium, & calidum fugatum secum dicit hu-
mores. Quarto repercutit, materia ingrossan-
do, quare non potest penetrare in membrum.

Quinto repercutit, calorem innatum confortando in membro, quo confortato minus recipit materiam nocuam, & materiam iam fluxam a se repellit.

Tertia. Ingrossare materias cogelando & inspissando.

Quarta In crudare & digestionem impedire, cum digestio uigeat per calidum.

5. Stupefacere & dolorem mitigare, Vnusmodo spiritum ingrossando & immobilitando. Secundo membra complexionem malam componendo aut corrumpendo. Mittigat etiam dolorē aquā do malam complexionem calidam, quae ut plus crimum est causa doloris.

Aqua ratioē qua aqua præseruat ab ethica, & hos qui patiuntur febrem calidissimam. Galienus 10. de ingenio sanitatis.

Aqua ratione qua frigida fluxū omniē prohibet. Auctorē. 2. canone. Et Galienus quinto de ingenio sanitatis.

Aqua ratioē qua frigida, neruos debilitat, & nocet ulti-
ceribus, dentibus, & ossibus, Frigidum enim inimicum
est nerus. Hippo. in affo.

Aqua calida ad ignē cocta, non est simplex, sed ex parte composita.

Accipiens de substantia ignis partem & qualitatē eius.
Galienus 1. simplicium.

Aqua calefacta primo occursu calefacit & humectat,
sed postea infrigidat. Galienus primo simplicium.

Aqua tepida quæ non delectat, uentrem inflat, sitim nō
minuit, appetitum deiicit, & corpus dissoluit. Rasis
tertio Almansoris.

Aqua ratione qua calida & humida est remollitiua, et
ratione qua calida est subtilitaria, abstersua, aperitua
Aqua calida humida cutem mollificat, applanat, & ma-
culas subcutaneas resoluit, corpus inpinguat, & bonū
colorem efficit. Fiat tamen moderate.

Aqua ferrea, cuprea, aluminosa, sulfurea. &c fluxus
stringit & defedationes cutis planat balnando & em-
brocando, uide eas in Auicen.

CAPITVLVM TERTIVM de bonitate Aque

Hippocras Affo. 26. quintæ particule. Aqua que
cito calefit & cito infrigidatur, leuissima est. Ex
hoc accipe primo, q[uod] subtilitas aquæ cognoscitur ex eo,
quia cito clarescit & residet, sicut apparet in aqua Ty-
beris, Danubij, & Rudawka. Secundo bona est aqua
quæ cito calefit & cito infrigidatur. Tertio aqua sub-
tilis est si moueatur plures, & minores habet inunda-
tiones in suo motu. Quarto aqua subtilis est, quæ perfe-
ctius representat qualitatē rei posite in ea, q[uod] que mis-
nus representat. Quinto in aqua subtiliori res clarior ui-
detur q[uod] in grossiori. Sexto res ponderosa in aquis subtis-
ibus, ceteris paribus cicius descēdit, et tardius ingrossis

Amplius aqua quæ gustu est peior, quantumcunq[ue]
sit clarior & lumenosior, & subtilior q[uod] alia, erit dete-
rior, & econuerso. Non est ergo confidendum in subs-

tilitate substantiae, claritate, & dyfanitatem. Immo o*ea*
fidēdum est in gustu, odore, & tactu. Ex inde sequitur
q*uod* plus facit leuitas ad aquae bonitatem, q*uod* illuminatio et
perspicacitas. Galienus in commento 26. quintae partici-
culae afforismorum. Leuisimam aquā intellige quae sto-
machum non grauat, & quae cito transit digesta &c.

Ad cognoscendum id q*uod* admisetur aquae sisit male
qualitatis. Quamvis forte nō multum appareat gustui,
sciri potest per admixtionem lixiij cum aqua. Illa enim
substantia quae primo apparebit transparens & lumi-
nosa, efficitur turbida, & alba non transparens. &c.
Ex Rasi tertio Almansoris. quattuor sunt conditiones
bonae aquae: scilicet q*uod* sit pondere leuior, saporem retin-
nens meliorem, ad dulcedinem parum declinatēm, quo
cito calefit & cito infrigidatur, & ex qua uinū
parum sustinet quantitatis, omnibus aquis est melior.
Aqua per decoctionem calefit & subtilior efficitur,
quia partes terrae quae primo descendere non poterant:
per decoctionem descendunt. Vinum autem & alia li-
quida per decoctionem inspissantur, eo q*uod* subtile resols-
uitur, & residuum manet grossum.

Inter modos rectificandi aquas malas, sublimatio est
prefectior, deinde distillatio, deinde decoctio, postea colatio.

C A P I T U M Q U A R T U M.

de Dubijs.

QVeritur si sitis sit ex estuatione cibi comesti decili-
quantis ad aliquam siccitatem et grossiciem quid
ibendum sit. Et dicimus q*uod* tunc uinum mixtu-

melius erit huiusmodi sitis extinctuum q̄ aqua, ex eo q̄
aqua huiusmodi digestionem impedit & uentositatē
generat: nec ita perfecte cibo admiscetur. Si autem sitis
sit mendosa ratione ebrietatis, tunc aqua frigida pauca
pura simplex paulatim transglutita est melior & con-
uenientior ad huiusmodi sitis sedationem, & ualde no-
ciuum est bibere uinum.

2 Dubitatur si sitis est appetitus frigidus, quare est q̄ ho-
mines sitientes plus uinum appetunt q̄ aquam. Vnde
est hoc q̄ uinum sedat sitim cum sit calidum & siccum
secundum intentiōem auctorum medicinæ. Ad hoc dicia-
tur q̄ licet uinum sit calidum & siccum de potentiali
complexione, tamē de materiali & actuali data ab ele-
mentis: uinum est a dominio aqueum, & ratione huīus
complexionis. uinum potest sedare sitim, & est obie-
ctum satis conueniens appetitus sitis, nam potest mē-
bra infrigiriare. Quod autem homines sitientes plus apa-
petunt uinum quam aquam, hoc est propter amicabilis-
tatem ipsius ad naturam humanam. Non quia sit mā-
gis conueniens ad sitim sedandam, sed quia natura no-
stri corporis plus delectatur in uino q̄ in aqua, cū enim
patitur a nostro corpore spiritum confortat & multi-
plicat, & sanguinem auget, & propterea sitiētes plus
appetunt uinum quam aquam.

3 Dubitatur, supposito q̄ aqua non nutriat. An homo ci-
tius moreretur bibendo aquam & penitus nihil come-
dendo, uel aquam non bibendo. Primo nanq; uidetur q̄
aqua uitam abreuiat debilitando calorem & spiritum,

quibus contrariatur, Huius autem oppositum sentit
Galienus tertio regiminis acutorum inquiens. Quando
quis babit aquam humectatur corpus desiccatum, &
roboratur & manet longo tēpore per potum aquæ frī
gide, quod non faceret nisi eam biberet. Plus ergo facit
ad uitam prolongandam humectando, & actionē ca-
lidi retardando q̄ impediat calidum innatum debilitādo
Amplius dubitatur si aliquis multum siciat post cenam
uel prandium cum digestio est in fieri: quid est peius, uel
potare aquam uel uinum. Videtur q̄ aquam bibere est
deterius: quia magis impedit digestionem cum digestio
uigeat per calidum & aqua est frigida, Vnde uidemus
q̄ aqua posita in liquore uel lebete buliente magis im-
pedit bulitionem q̄ uinum si poneretur. In contrariū uis-
detnr esse Auicen. primo can. fen 3. Nam reprobat po-
tum uini ante digestionis complementum, quia facit ci-
bum penetrare indigestum & a stomacho exire ante di-
gestionem, Non autem sic aqua. Nam uinum est magis
subtile in actione penetrationis q̄ aqua, quæ cum cibo
poterit manere usq; ad complementum digestionis. Et
sic potus uini est minus cōueniens q̄ aquæ. Amplius alia
ratio ad idem, uinum est nutrimentum & nō aqua. Nūc
autem nihil est deterius q̄ indigestum super medium
digestum sumere. Præterea uinum est facilis digestionis
& sic digeretur ante cibum assumptum. & sic uel des-
sert secum cibum indigestum, uel manet in stomacho
ultra complementum suæ digestionis & corrumpitur:
& aliud cibum corrumpit. Responsio. Non infestante

Lxx.

siti non est bibenda aqua nec uinum: quousq; digestio
stomachis sit quasi completa, tunc bibendum est uinum
uel aqua ul' utrūq; simul, Et huiusmodi potus a sapiēti
bus uocatur delatiuus ut dicit Rasis 4. Almansoris. Sed
si sitis omnino infestet ante digestionis complementum,
credo q; potus aquæ est conuenientior q; potus uini, Nō
obstante q; cōmunis usus sit ad contrarium, & quanto
cibaria esset deteriora que comesta fuerint, tanto potus
uini esset deterior, & quanto uinum esset subtilius in
substantia & actione tanto deterius. Et quia multi non
sunt assueti bibere aquam sed uinum, tunc si bibatur ui-
num ad sedandam sitim: sit debile & aquosum.

Dubitatur. Quis potus est conuenientior pro sitis ex-
tinctione & pro meliori ciborū permixtione, An aqua
simplex uel uinum. Homines enim habent in consuetus
dine sumere cum cibo potum: & propter ciborum bos-
nam permixtionem & propter sitis extinctionem. Sunt
enim multi qui comedendo sitiunt & sitiendo comedunt
& bibunt. Videtur q; potus aquæ esset conuenientior
ad ciborum permixtiōem meliorem & ad sitis sedatio-
nem. Nam Auicen. I. can. sen 3. simpliciter prohibet po-
tum uini cum cibo, & immediate post cibum, quicunq;
sit ille: siue bonus siue malus. Nam ex huiusmodi potu,
cibus descendit de stomacho ante perfectam digestionē
& est causa opilationis & erititudinum, quarum mas-
ter est opilatio. Ex potu autem aquæ non prouenit hu-
iusmodi nocumētum sicut ex uino, ex eo quia uinum cū
sit facilis digestionis citius digeritur q; cibus cui permis-

lectur, & sic ejicit secū cibū nondū digestū & erit causa
opilationis. Aqūa autem simplex & pura, nō digeritur:
quia non nutrit: & retinet cibum in stomacho usq; ad
perfectam digestionem: & sic non est causa opilationis.
Amplius aqua bibita cum cibo, ciborum bonam naturā,
non mutat, sed uinum permutat & alterat. Amplius co-
firmatur. Si fercula anteq; comedantur, permisceantur
cum uino, & coquantur in uino sicut in aqua. Hoc erit
irracionabile ualde, præcipue si cibaria sint bona in se,
ergo a simili bibere uinum cū cibo simul: & immediate
post cibum pro ciborum commixtione & subtiliatione
non est rationabile. Vnde Auicen. non prohibet expressa
potum aquæ pure cum cibo & immediate post cibum,
sed prohibet potum uini. In contrarium huius est com-
munis usus, communiter enim homines bibunt uinū cū
cibo & immediate post cibum & non aquam simplicē
puram. Aqua enim non esset bona, nisi propter ciborū
commixtione & sitis sedationem, sed uinum has easdē
conditiones habet, nam sitim sedat & cibum permiscet.
& ultra hoc nutrit & uirtutem confortat et digestio-
nem, & sua aromaticitate spiritum auget & calorem
innatum. Et quia natura delectatur in uino cibus per-
miscetur perfectius, & ex ipsius permixtione perfec-
tior fit digestio cibi in stomacho, & cibus sic digestus
magis diligitur & attrahitur a mēbris alijs, & sic pos-
tus uini est conuenientior q̄ potus aquæ cæteris paribus
supposito q̄ homo non grauetur uino & sit consuetus
bibere uinum, & q̄ quātitas uini sit æqualis quantitat̄

qua: ad cibi permixtionem sufficiens & ad sitis sedationem. Si etiam aliquis haberet stomachum ualde colericum, & comederet cibaria ualde calida, poterit uinū pro sedatione sitis & permixtione non est rationi consonum. Et econtra si habeat quis stomachum ualde frigidum: & comedat cibaria ualde grossa frigida indigestibia, bibere aquam cum cibo & immediate post cibū esset erroneū ualde. Conuenientior igitur est potus uini cum cibo & post. Omnes homines tamen plus errant in potu uini q̄ aquæ. Vnde plures infirmantur bibentes uinum cum cibo, q̄ aquam, quia plus inclinantur ad uinū propter delectabilitatem. Ad hoc etiam facit multum diuersitas uinorum quæ sumuntur cum cibo, q̄ est multum contra rationem. Dictum autem Auen. prohibēatis uinum cum cibo & post cibum, est uerum in quantitate magna, in qua est magis potus delatiuus, & non de uino in quantitate parua in qua est potus permixtius, & nostræ naturæ confortatiuus. Et sic patet q̄ nō est simile de huiusmodi potu permixtuo in ferculis & ciborum decoctione. In ferculis enim et mixtionibus eosrum: oportet esse magnam quantitatē uini & aquæ, & sic melius est q̄ decoquantur in aqua & comedātur cum commixtione uini & aquæ, uel prout ratio dictat.

Dubitatur, Quid rationabilius est bibere cum fructibus Quid bistrum uinum uel aquam puram. Videtur q̄ uinū nul- bendū solo modo sit bibendum cum fructibus nec post. Nā Auis per fruscenna primo can. sen tertia, capitulo de regimine uini eius. & aquæ prohibet simpliciter dari uinū cum cibis malis

chimi, & similiter post cibos mali chimi. Sic est de fructibus & speci:liter de melonibus. Omnes enim fructus non effugiunt cacochimiam. Galienus alimentorū iij.

* Vnde de uis & sicubus qui minus mali sunt inter fructibus dicit, q̄ non effugit cacochimiam, & sic est intentione. A nice. q̄ cum fructibus & post non est bibendum uinum, sed nullibi potum aquae prohibet, & sic irrationalius uidetur bibere uinum q̄ aquam cum fructibus. In contrarium huius est communis usus. Nam communiter homines cum melonibus & alijs fructibus multis uinum bonum bibere consueuerunt, ut fructuum malicie corrigatur, secundum enim canones uniuersales medicinae, si aliquis cibus malus accipiatur & nocivus, bonum est & rationi consonum post ipsum assumere, cibum uel potum illius malicie correctum, & hoc dicit Auicē, in capitulo de eo q̄ bilitur & comeditur. Nunc autem fructus communiter maliciam habent, que per assumptionem uini corrigatur, & non per assumptionē aquae. Amplius fructus plurimi sunt uentosi & difficilis digestionis. Nunc autem uinum uentositatem corrigit & digestionem confortat. Item fructuum plurimi sunt frigidī, que malicia etiam uno corrigitur. Predicta autem noocimenta per aquam nullatenus corriguntur, immo q̄ peius est augmentur, & sic aquam bibere post fructus non est consonum. Ad hanc intentionem dicit. Auicē iij. canonē de melonibus sub hoc nomine batheca. Post me lones decet uinum bibere, & post pira decet administrare hidromel cū speciebus. Et similiter Isaac in libro

de dietis particularibus Responsio. Fructus secundum
possibilitatem sunt uitandi, quia generant humores ma-
los corruptibiles & putrescibles, ex quibus proueniunt
febres, apostemata, & similes egritudines. Vnde nar-
rat Galienus in libro de euchimia & cacochimia q[ue] co-
medit fructus cum suis socijs & incidit in febres. Pater
autem ipsius hoc cognito redijt ex rure et curauit eum,
fructusq[ue] inhibuit, quos cum Galienus obmisit, uixit mul-
tis annis sine febre, haec ibi. Verum homines audi sunt ad
comedendum fructus, quos si absq[ue] febris aduentu come-
dere uoluerit non bibant uinum cum eis, nisi forsan in
pauca quantitate propter commixtionem. Nostri autē
homines pessime faciunt, plurimum uinum delectabile,
malmaticum dulce, aut muscatellam, uel uina fortia sue
supra fructus horarios precoces & facile putrescibles,
scilicet supra cerasa, pruna, persica, melones & cete-
ros huiusmodi fundentes & coeleari comedentes, &
secundum experientiam in febres ut semper exide incis-
entes, q[ue] si ceruisiam aut parum uini leuis & debilis su-
perbiberent, non acciperet eos febris. Non bibant ergo
multum uini cum fructibus nec uinum dulce aut forte,
sed ccruisiae parum: aut uini leuis parum: propter per-
mixtionem & descensum. Pro delatio autem potu hoc
ē post duas aut tres horas comedtiōis fructus (si stirrit)
bibant uinum fortius, sed in pauca quantitate, ad corri-
gendum maliciam fructuum, & non ad corrum pendū
nec ad exacerbandum maliciam eorum. Ad dictū ergo
Reg
Rer.
Auicenne dicamus, q[ue] Auicena loquebatur de potu de-

latiuo, qui debet esse uinū in quantitate pauca. De pos-
tu autem correctiuo malicie & digestiōis, permittitur
ut sumatur uinum forte in pauca quantitate. Et sic pa-
tet quomodo uinum cum fructibus sumere conuenit et

quomodo non. Ad meliorem autem intelligentiam nota
q̄ quidam homines comedunt fructus propter feruorem
& calorem et sitis repressionem. In partibus nutritiuis
& spiritualibus. Ad hanc intentionem nullus ambigit i
quin sit melius bibere aquam q̄ uinum. Vnde in homini-
bus calidis & in regionibus feruidis & in hominibus
habentibus stomachum ualde calidum & sitibundum,
In Hispania post cerasa & melones & similia que comeduntur ad
frigidandum, & ad sitis feruorem extinguendum, me-
lius est forte aquam puram q̄ uinum bibere. Amplius
fructus interdum assumuntur propter urinæ prouoca-
tionem & renum mundificationem, ut melones & se-
mina frigida diuretica. Ad hanc intentionem, non est ra-
tioni consonum bibere aquam, nam urinæ prouocatio-
nem aqua impedit, sed uinum subtile aquosum ad hoc
est magis conueniens, uel ceruisia tenuis & diuretica.
Item interdum sumuntur fructus propter uentris re-
tentionem & restrictionem. Ad hanc intentionem co-
meduntur pira, coctana, sorbe, nespile & fructus pon-
tici immaturi. Ad hanc intentionem est uinum stipticū
bibendum rubeum & grossum & non aqua, nisi esset
aqua calibis, uel ferri adusti, aut plantaginis. Quidam
autem homines comedunt fructus propter nutritionem
ut castanas, fucus, unas, & dactilos. Et si cum talibus

fractibus aliqui auctores mandant bibere aquā, ne ēpar
opilaretur, tamen quis ambigit quin melior fiat nutri-
cio, si uinum superbibatur. Preterea quandoq; fructus
sumuntur propter uentris lenitionem, ut poma, fucus,
uux maturæ, persica mollia, cerasa, pruna & similia,
& ad hanc intentionem bibendum est cum eis uinum;
uel bona ceruisia & non aqua, Nam aqua impedit uen-
tris lenitionem. Omnem enim cursum prohibet a quo-
cūq; membro, ut dicit Auicē.ij. canone capitulo de aqua.
Amplius huiusmobi fructus sic sumpti non lentunt uen-
trem, nisi prius digerantur, & de potentia ad actū re-
ducantur, & quia per assumptum uinum citius dige-
runtur, & de potentia ad actum perfectius reducun-
tur, Ideo cum eis uinum uel ceruisia sumenda est, & de-
bet esse uinum subtile declinans ad delectationem. Hæc
est uera interpretatio de bibitione post fructus.

C A P I T U L U M Q V I N T U M.

GAlienus præcipit aquam dare in febribus in ma-
gna quantitate subito uno haustu, primo regi-
minis acutorum. Interdum uero precepit ut quantitas
eius nō sit magna. 8. de ingenio. Hæc auctoritates nō cō-
tradicūt. Nā auctoritas I. regimūs acutorū est in febri-
bus sine putredine, et in putridis post signa decoctionis;
semp suppositis supponēdis ex parte corporis suscipientis
Sed auctoritas Galie. 8. de ingenio sanitatis, est in febre
putrida ante signa decoctionis, in quibus est fortior sitis
& angustia & timor casus in ethicam. Nisi enim nos
hæc cogant, melius est non dare aquam ante signa dis-

gestionis. Item cum Galienus prohibuit aquam ante coctionis signum 8. de ingenio sanitatis, intendit de aqua in magna quantitate, & non considerata materia morbi & opilatione & quæ datur ad rectam curationem. Quando autem præcepit aquam frigidam ante digestionem materie dare, intellectus de aqua in parua quantitate, ad sitis & angustiæ remissionem & preservacionem ab ethica.

Præterea uidetur contradictio inter Aucennam & Galienum. Nam in 4. canone Aucenna fatetur per potum aquæ frigide, post materiæ digestionem, uel si materia morbi sit calida subtilis, meliorem fieri materiæ expulsionem. Nam dicit q[uod] huiusmodi potus aquæ frigide iuuat ad expellendam materiam per secessum, aut per sudorem &c. Et oppositum asserit Galienus 9. de ingenio ubi sic dicit. Aqua frigida non est danda quido natura præparat expellere materiam. Nam aqua frigida prohibet fluxum sanguinis per nares & sudorem. Amplius in II. de ingenio dicit, q[uod] aqua frigida non ualeat ad expurgandum putredinem cum urina: sudore & egestione, sed magnum iuuamentum præstat ad acumen & sic non uidetur q[uod] iuuet ad expellendum &c. Ad hanc dubitationem dicendum q[uod] directe & per se aqua frigida impedit omnem cursum ut dicit Aucen. 2. canone capitulo de aqua, q[uod] igitur aqua iuuat, nō est nisi de per accidens, scilicet confortando uirtutem expulsivam & materiam obedientem faciendo, angustiam & sitim remouendo & membra aliqualiter irrorando. Nō quidē

L
Materiam mobiliorem faciendo nec vias aperiendo. Vnde
de postq̄ euacuationes inchoate sunt, aqua frigida non
prodest nec iuuat: sed potius nocet, sed anteq̄ euacuatio
inchoetur, aqua frigida infrigidare potest materiam pres-
parando si sit subtilis & indigesta, & discrasiam malā
alterando, sitim & angustiam remouendo. Si etiam ma-
teria sit grossa indigesta, tamen in febribus cronicis in
quibus materia non est subtilis, nec est angustia, nec sitis
nec ferver naturam infestans, nullo tempore competit
aqua frigida pura. In alijs autem morbis non febricitā-
tibus non competit uia potus, nisi sorte in fluxu uentris
colerico sine opilatione aqua frigida esset conueniens.
Aqua autem quae administratur ad curam ethice, non
debet esse frigiditatis uehementis, nec longi temporis,
quia innata caliditas est pauca, & uirtus est debilis &
eorum membra sunt carne denudata, quare non susti-
nerent aquam frigidam, nec longam moram in eadem,
huiusmodi autem aqua administrari non debet nisi p̄r-
cedente balneo humectatio tempore caliditatis. Si aut̄
balneum fiat ad preseruandum ab ethica, tunc quia ad
huc membra sunt carnosæ, & caliditas innata exuberans
& uirtus fortis, potest esse aqua frigidior & balneatio
prolixior, uerum non expectetur in eis sudor.

CAP. VI. DE A Q V I S ARTIFI-

cialibus in genera li.

A Quæ nō dicuntur artificiales, eo q̄ forma per
quam operantur detur per artem. Nam ope-
rantur per formas naturales eis inexistētes. Nulla enim

forma naturalis fit nec potest fieri ab arte. Dicūtur ergo artificiales, quia sunt ab arte regulante & quodā modo coadiuvante.

DE A Q V A T E M P E R A T A.

A Que temperate subtilis substantiae sunt doloris mitigatione, sicut aqua aneti cum oleo oliuarū dulcium, uel cū pinguedine anseris uel gallinæ, uel aqua camomille, & aqua decoctionis sparagorum sunt satis conuenientes mitigatione dolorum apostematum. Vnguenta etiam facta ex predictis oleis & pinguedinibus cum cera alba sunt satis conuenientia ad dolorum mitigationem.

DE A Q V I S R E M O L L I T I V I S.

A Qua alteæ est conueniens, & aqua radicis uiticelle. Et si in istis aquis sit butirum uaccinum, uel pinguedo anseris uel gallinæ, erit conueniens remolliuum. Et similiter si in prædictis remolliantur bæcliu uel armoniacum erit facilius & melius remolliuum apostematum melancolicorum.

DE A Q V I S A B S T E R S I V I S.

SVnt aquæ abstensiue que abstergunt & non extra Aliæ sunt quæ abstergunt intus & extra, & aliæ sunt quæ abstergunt extra & non intus, quæ proprie non sunt abstensiue, quia carent bauracitate & amaritudine. Exemplum primi est absinthium quod est amarum cum quadam bauracitate, & extra applicatum non abstergit, impediente quadam eius stipticitate, sed intus assumptum nō obstat eius stipticitas, quin abste-

gat & aperiat. Exemplum secundi, ut radix ireos, hec
enim est abstersiua & aperitiua intus & extra & no
habet stipticitatem impedientem quin ab extra abstero
gat. Exemplum terciij, ut aqua fabarum est abstersiua ab
extra sine operatione & amaritudine & bauracitate,
sed ab intra non proprie est abstersiua. Abstersiua enī
ab extra sine apertione & bauracitate & amaritudine
proprie uocatur mundificatiua, sed abstersiua cum po
rorum apertione proprie uocatur abstersiua. Omnis
nāq; medicina abstersiua est mundificatiua, sed non
econuerso. Omne enim quod abstergit mundificat &
aperit, sed non omne quod mundificat aperit. Medicina
abstersiua est fortior mundificatiua. Et medicina mun
dificatiua est media inter lauatiuam & abstersiua.
Omnis medicina abstersiua interius est aperitiua, sed
non cōuertitur, aliqua enim sunt intus aperitiue que no
sunt abstersiue. Etiam abstersiua exterius est aperitiua
semper, & sic aperire in plus se habet q̄ abstergere.
Sunt autē aliqua aperitiua multum subtilia, que pro
prie loquendo non sunt mundificatiua. Sunt etiā aliqua
aperitiua frigida, que proprie non sunt abstersiua sicut
endiua est aperitiua, tamen no est abstersiua, similiter
anisum est aperitiuum, tamen non est mundificatiuum.
Substantia enim medicinae abstersiue debet esse terrea
& saporis amari cum quadam bauracitate, Medicina
ergo mundificatiua mouet humores a concavitatibus
membrorum: siue ille humor sit uiscosus siue non, Sed
aperitiua sine abstersione solum mouet humores a con

cauitatibus: qui non sunt adherentes, nec uiscosi, & huic
iusmodi medicinæ aperitiue sunt debilioris operationis
quam mundificatiue, et sunt aperitiue cum pauca abstensiōe
& cum quadam stipticitate. Aperitiue autem sine stipticitate
sunt fortioris operationis, quam mundificatiue &
abstensiue. Aqua ergo fabarum & ordei & amigdalorum
dulcium administrare, abstergunt absq; operatioē
& sic sunt mundificatiue & non abstensiue. Aqua autem
lupinorum amarorum & aqua orobi & aqua radicis
ireos & aqua sparagorum sunt mundificatiue & ab-
stensiue, & cum hoc aperitiue. Aqua autem anisi &
endivie sunt aperitiue, sed non mundificatiue nec abstensiue.
Aqua autem cicerum forte est aperitiua, sed non
abstensiua & mundificatiua. Aqua uero fumiterra est
aperitiua, sed non abstensiua & mundificatiua proprie-
loquendo, unde si humores essent adherētes & inuiscati
& cōcatenati mēbris cōcauis, egerent fortibus apitiuis

DE AQVIS RESOLVTIVIS.

Aqua Camomille, aqua alteæ : aqua sicle : aqua
aneti, & isopi sunt resolutiue. Item aqua alteæ
& isopi et aqua aneti sunt resolutiue cum quadam ma-
turatione, & similiter aqua bdelij. Aqua uero epithimi
resoluit cum quadam incisione. Aqua masticis resoluit
cum quadam stipticitate. Aqua aluminis est resolutiua
etiam cum quadam stipticitate. Aqua sicle & zucari
resoluit cum quadam abstensione.

DE AQVIS INCISIVIS & subtiliatiuis.

Prima operatio calidi est calefacere. Secunda est
calefacta subtiliare. Tercia est iam subtilata cuas
porare. Quarta est euaporatum attrahere. Quinta re
siduum incinerare. Et demum si necesse est, fortis calo
ris adustionem in membro inducere, tandem corrode
re & putrefacere.

Incisio autem debetur humoris uiscoso, secundum q[uod] uis
cosus & grossus. Abstersio autem debetur humoris ad
herenti, secundum q[uod] membro adheret. Et subtilatio de
betur humoris secundum q[uod] grossus. Vnde abstersio proprie
debetur saniei, & subtilatio propriæ debetur melan
coliæ. Et incisio flegmati uisco non multum grosso. Fle
gmati autem grosso debetur incisio & subtilatio. Aqua
camomille, aqua isopi sicce, aqua sambuci, aqua raffani
sunt subtilatiæ aquæ, & similiter aqua calamenti &c.
Et si in huiusmodi aquis ponatur acetum album : magis
erunt incisiæ. Amplius aqua decoctionis cepe est incisi
ua, & aqua cicerum & aqua rute &c. Aqua incisiæ
in sui operatione est debilior q[uod] abstersiæ & q[uod] subtilia
tiæ. Et subtilatiæ facit operationem & diuersitatem
in essentia humorum, & ipsos attrahit membris par
tem post partem, quod non facit incisiæ. Adustiæ autem
& escaram faciens & corrosiæ & putrefactiæ sunt
caliditatis maioris & in substantia grossiori q[uod] sit reso
lutiæ. Et corrosiæ est maioris caliditatis q[uod] adustiæ
& escaram faciens.

DE AQUIS CONSUMENTIBVS
uentositates.

Aqua ruta, aqua aneti, aqua pulegij, anisi, & aqua enule, & aqua epithimi, consumū uētositas intus & extra. Ad idē ualeat aqua ameos, et cimini.

DE REPERCVSSIVIS.

AQuae repercussive sunt: aqua rose, aqua salicis, plantaginis, aqua uirge pastoris, aqua portulace aqua semperuue, & si cum predictis aquis addatur uinum citoniorum uel albumen ouorum aut acetum, erit conuenientius repercussuum.

DE CORROSIVIS

& putrefactiuis.

Medicinae adustiue attramentū & spuma maris, & euforbiū. Corrosive autē anacardū, cepe, allium, sinapis, elleborus, & flos eris. Putrefactiue sunt arsenicum, cantarides, & omne lacticinium. Aqua multarum uirtutum, que apostemata aperit, carnem superfluam corrodit, escaram inducit, poros et uerucas delet. Rx uitreoli romani, salis nitri aīn. lib. 5. cincubrij 3 ij. terantur simul in urinali uitreo bene forti & spizzo, & in alembico ponantur, igne supposito lento. Ipsumq; lutabis cum farina, & albumine oui, & penas tur in olla plena cineribus. Itaq; cinis olle si superfundis uno digito, ut possit recipere ignem aliquātum magnū, & distillabitur. Prima quidem aqua que per se fœte non habebit operatiōes prædictas, erit aqua satis clara. Forte enim hec aqua prima non erit corrosiva. Nec apostematu apiritiuua. Nec uerucarū & pororū deletiuua. Sed secūda aqua erit mirabilis, et multarū uirtutū. Signū

autem hanc aquam secundam cognoscendi, & signum
distinctuum a prima est, qd si posueris scutellam sub
stilla cadente, corrodetur ab ea, et denigrabitur et bul-
liet supra ferrum, ac si esset supra ignem. Aliud signum
est qd ascendit quidam fumus rubeus in caput alembici.
Aliud signum qd si in ea ponatur gutta mercurij, statim
deuorabitur et c. d' al. Et fit huiusmodi aqua ex uitreolo
et sale armoniaco et cinobrio. Potius qd ex arsenico et
euforio, et similibus que non obstante qd sint magna ca-
liditatis. Sunt tamen in substantia magis humida, unde
possunt distillationem melius suscipere. Ex aqua ista se-
tanguntur pori et ueruce et caro superflua, corroduntur
et cadunt. Et si tanguntur apostemata, aperientur. Et si
caro tangatur, denigrabitur.

DE CONSOLIDATIVIS.

Cutis noue regeneratio, uocatur sigillatio & cicatrisatio. Carnis aut consolidatio sine cutis et carnis deperditione, uocatur conglutinatio seu consolidatio. Aqua balaustiarum, Corticum granatorū, Caude equine, ordei torefacti, gumi arabici, plantaginis, ceruse, Nucis cipressi, Lactuce, acetose. Huiusmodi aquæ sunt consolidatiæ et stipticæ, & specialiter si permisceantur cum albumine oui. Nota desicatiua sine mordicatione, quauis non sint stiptica: bene consolidant: Sicut mirra, plumbum adustum, rasura cornu adusta &c. Per hunc etiam modum abstersiuia consolidant: quia implet ulcera carne. Non enim caro potest generari in ulceribus nisi mundificantur a sanie & a superfluitatibus nutritis.

menti: q̄ fit per medicinam mundificatiuam & exiccatiū. Opus ergo naturae est carnem generare, sed opus artis est remouere prohibens. Nulla enim medicina p̄ proprie loquendo generat carnem, nec consolidat, hoc enī est opus nature, sed p̄ medicinā prohibens remouetur.

DE FRANGENTIBVS acuitatem colere.

AQuæ conuenientes ad frangendum acuitatem colere sunt aqua bletis, aqua portulacæ, aqua cucumeris, aqua endiuiae, aqua lentiginis, aqua acetosissimæ citri, aqua acetose, & si in his ponatur pars aceti erit satis conueniens: Huiusmodi aquæ sunt competentes in herisipilla flegmonide, et in uera terciana, & causone, & in magna epatis calefactione.

DE PROHIBENTIBVS putrefactionem.

ACetum putrefactionem prohibet, quia desiccatur & infrigidat, et caliditatem extremam alterat. Cinamomum autem & crocus & cassia lignea putrefactioni resistunt, calorem innatum & spiritum confortando. Sal autem & mirra superfluas humiditates consumunt, similiter aloë. Aqua ergo blitis & granatorii & citoniorum, putrefactioni resistunt, ubi est mala discrasia calida, & materia colerica. Mirra autem & sal putrefactioni resistunt ubi est mala complexio frigida cum materia flegmatica. Cinamomum autem conuenit in omni casu aromatisando, & spiritum & calorem confortando. Vnde aromata & calorem innatum confortantia

in omni euentu sunt putredinem prohibentia, propter quod quidam practici in febribus febræ putrida, propter caloris innati, & spiritus confortationem & putredinis maioris prohibitionem, aromatisant aquas, & si rupos aliquantulo cinamomo.

DE AQVIS ATTRAHENTIBVS.

AQuæ attrahentes a proprietate & complexione, sunt aqua pullegij, calameti, centinodie, costi, fermenti, quæ attrahunt a caliditate. Ad attrahendum ex profundo corporis, pullegium ad hoc est magis expertum, extrahit enim sagittas corpori infixas. Item piretrum & eius aqua, ualeat ad idem, & specialiter in extrahendo flegma a corpore. Similiter possunt esse aquæ attrahentes humores, ut de reubarbaro endiuia turbet, aloë, colloquintida. & c. distillando in alembico, sicut si ponatur de endiuia q̄, inde extrahi possent 3 xij. & de reubarbaro 3 ij. erunt doses quattuor. Similiter intelligatur in alijs. Secundum enim q̄, medicina attrahet uia erit fortior, secundum hoc minus de ea erit apposendum in 3 xij aquæ.

AQVAE VALENTES PVLMONI.

MEdicinae facilitantes sputum, & mundificantes pectus & pulmonem. Sunt camomilla, ordeum, capile ueneris, granum pini, caulis, cicer, nasturium. Isopus, crocus, semen alteæ, semen iuiube apium, amigdale dulces, petrosolum, liquericia, enula. Exhibiant aquæ decoctionis uel sublimationis.

AQVA CONTRA VERMES.

Educencia & interficientia uermes, sunt absinthium, abrothanum, semen caulis, lupini, centaurae, pullegium, semen attriplicis nasturcium, folia persicorum, polium, sticados, ameos, prassium, cortex citranguorum ex his fiat aqua.

AQVAE PROVOCANTES VRINAM
ET MENSTRVA.

PRouocatia urinā & mestrua, sunt anisum, absinthium, abrota, accorlus, capilli ueneris, camomila, ruta, nigella, ualeriana, pullegium marubiū, origanū, cestaires, costus, squinatū, maioro: pullegium, rubea maior.

AQVAE RESTRINGENTES MENSTRVA.

SVNT acetosa balustria, ipoquistidos, alumen, tibus, clibanum, terra sigillata, bolus, armenius, cantabre, ex his fiant aquæ decoctionis uel sublimationis,

AQVAE FRNAGENTES LAPIDEM.

FRANGENTIA lapidem sunt, polium, apium, ameos, abrotanum, atcea, cicer nigrum, feniculus, laurus, sanguis hirci, penta filon, saxifragia, grana pini, spargus, raffanus, pipinella, capilli, ueneris, ex his fient aquæ artificiales.

AQVAE SPLENDIDAM FACIEM,
REDDENTES.

AQUE faciem abstergentes, mundificantes, applanantes & illuminantes, sunt aqua fabarum decoctarum excorticatarum, que cutem totius corporis mundificat & abstergit. Itē aqua distillata per alembicum de floribus fabarum & sambuci, & cebuli. Item

aqua fontis in qua gumi dragaganti sit remollitum, ex ea laetetur facies, appланat, albificat, & illuminat. Item ad faciem rubeam excessiue uel habentem similes maculas faciunt talem aquam. Recipi: sulfuris uiui $\frac{2}{3}$ s. thunris albiissimi 3 l. camphore 3 iij. Hæc subtilissime puluerisata, permisceantur cum lib. I. aquæ rosarum, & distilletur per alembicum & usui reseruetur, ruborem faciei & maculas tollit. Ego autem in practica uidi magnum nocumentum in usu eius. Et ideo potius operabar per aquas infrigidantes cum dentali: lacte uirginis, qd' fit de plubo, & albumine ouoru, & hoc uel ei simile curabat rubedies. Sic et aqua frage cū aqua nenufaris Itē aqua mellis distillati perse & cū appositione aquæ raffani. Item aqua albuginis ouorum & ipse albugines ouorum recentiū prosunt, & totum corpus clarificat.

AD RENASCENDVM CRINES

& multiplicandum.

Fiat decoctio ex radicibus ulmi & bletis, & fiat lixiuum cum illa aqua, & adduntur cineres sarmendorum uitis, laudantq; q; in aqua decoctionis ferrum ignitum extinguatur. Et si in predicta decoctione addantur folia salicis, & malue, facilitant & promouent crescentiam crinitum. Ad colorandū autem capillos pulchro & aureo colore, adduntur flores sticados citrini, flores affodillorum, lignum edere arboree, excorticatum a prima cortice.

AQVAE AD ILLVMINANDUM OCULOS.

Pro colirijs oculorum fiunt aquæ de eufragia, de
uerbena, ruta celidonia, rosis rubeis, bethonica,
feniculo, ex his fit aqua quæ lumina reddit acuta. Et ra-
pe dulces oblonge, secundum Auer: in quinto colliget.
Habent mirabilē proprietatem ad illuminandū oculos.

AD CONSERVATIO- NEM AUDITUS.

VALET multum aqua distillationis pororum. Et si
in ipsa ponetur spica, melius erit, Valebit chym
ad surditatem & patredinem aurium. Et specialiter si
surditas fuerit de causa frigida, sicut sepius fit in surdita-
te antiquorum, Ad idem ualet aqua distillationis froni-
dium lauri & absinthij. Itē ualet aqua pullegij, et aqua
cyclaminis seu panis porcini. Item ualet aqua maiorane
& amigdalarum amararum. Et eadem aquæ ualent ad
caput purgium per nares. Succus tamen blete depuraz-
tus, facilius purgat nares. & caput.

CAPITVLVM SEPTIMVM.

AD intelligendū precedentia & sequentia. Nos
tande sunt uarie operationes medicinarū. Ma-
turatio quæ & attractio earum, Et primo de operatio-
nibus dicendum.

CPrimæ & uniuersales sicut infrigidare, cale-
facere, humectare, & desiccare. Vocantur au-
tem primæ, quia a calido nulla operatio, nec na-
tura: nec tempore prius procedit, nisi calefacs
Opere. Similiter a frigido Infrigidatio. et c. d' alijs.
tiones. Sunt etiam uniuersales, quia caliditas calefacit

uniuersales | quicquid est ei propinquius. Et etiam quia omnes
sunt duæ | ne calidum calefacit, sic & de alijs dicas.
pllices | Vniuersales secundæ & non primæ, non differunt a primis nisi secundum quandam compositionem. Verbi gratia, frigidū primo infrigidat, deinde congelat, & congelatio non differt ab infrigidatione. Est enim quedam infrigidatio. Similiter caliditas calefacit, & calefaciēdo subtiliat & rarificat.

Quæcāque amplius sunt alie operationes secundæ diffinītū juntur rētes a primis uniuersalibus. Verbi gratia, apere, abstergere, & mundicare. Huiusmodi operationes uidentur procedere a caliditate, tamen non ita immediate sicut rarificare & subtiliare. Possunt tamen dici uniuersales, quia in qualibet parte corporis hæc operationes fieri possunt. Similiter stipticare & repercutere, est operatio frigidi, non prima nec secunda uniuersalis, quia tunc omne stipticum esset frigidū. Nec aperire est operatio uniuersalis immedia te ipsius calidi: quia omne calidum sic esset aperitiuum. Nam aliqua calida sunt opiliuia, & aliqua frigida a dominio aperiitiua. Igitur ille operationes non possunt dici uniuersales, nisi quia earum iuuamentum est in qualibet parte corporis cui applicantur. Possunt etiam dici uniuersales, quia realiter & ut plurimum huiusmodi operationes ab eis procedunt. Regue-

rariter enim medicina stiptica est frigida, & regularior ter calida est aperitiua.

Operationes similes uniuersalibus, sunt operatioes medicinarum uenenosarum, & operationes uenenorum, & operatio tiriaca & medicinarum laxatiuarum, & prouocantium sudorem & urinam. Huiusmodi operationes dicuntur uniuersalibus similes, quia earum iuuamentum & nocumentum, est commune toti corpori. Sed non sunt uniuersales nec primæ. Non enim medicina perniciofa semper necat. Sed medicina calida semper calefacit. Nec tiriaca semper liberat a ueneno. Imo interdum est uenenum. Nec medicina secessiva semper facit secessum, sed interdum uomitum, & sic de alijs.

Operationes Particulares: sunt curare epilentiam, curare emoroides, confortare cor, prouocare urinam & fluxum menstruorum, curare ictericiam & quartanam. &c.

Propter operationes primas uniuersales, quæ sunt caleficere, infrigidare, desiccare. &c. Non est necessarium ponere in mixtis aliam uirtutem differentem a complexione. Nec etiam propter operationes secundas, ab eis parum differentes, sicut propter, subtiliare, congeolare, adurere, quæ sunt operationes soli calido aut frigido conuenientes a complexione. Propter operationes autem uniuersales, quæ dicuntur tertiae, sicut abstergere, aperire, stipticare, stupefacere. Oportet ponere aliam uirtutem a complexione. Nam ille effectus qui est abstergere & aperire. Non habet calidū pro causa

sa adequata, quia inuenitur in multis frigidis, sicut sunt
lentes, ordeum. Et c. Similiter dic de operatione que est
stipticare, et stupefacere, que non habent caliditatem
nec frigiditatem pro causa adequata. Imo inest eis per
apprietatem, que est causa predictorum. Nam quādo aliquid
inest pluribus, et nō inest uni palterū iest eis causam,
Et hæc est apprietas. Propter operationes uero que sunt
similes uniuersalibus, ut uentrem lenire, urinam prouocare. Et c. oportet ponere aliam causam a complexione.
Non enim faciunt huiusmodi operationes, quia calide
aut frigide, sed quia tales et sic dotate uirtutibus. Nam
Napellus non est uenenum ratione cōplexionis, sed ras
tione proprietatis. Multa enim sunt propinquā napello
in complexione, que tamen non sunt uenenosa. Propter
operationes autem particulares, ut epilentiam curare,
coleram euacuare. Et c. oportet ponere uirtutē, a qua
huiusmodi operatio procedit. Multa enim sunt in eodē
gradu complexionis cum peonia, que tamen epilentio
am non curant.

Præterea nota quod possibile est quod aliqua duo mixta
sunt longinqua in qualitatum proportione, que cōple
xio nominatur, tamen sunt propinquā in proportione
miscibilium, que est causa illius proprietatis communis.
Et similiter forte sunt propinquā in complexione, et
non sunt propinquā in commixtione, ad quam sequitur
communis proprietas quā sequitur forma dans esse spe
cificum. Non obstante igitur quod semen melonū, et aqua
epij, differunt in complexione formalī, ipsa tamen cō

veniunt in cōmixtione materiali, ad quam sequitur prōprietas. Et sic possibile est q̄ aliquā sunt propinquiora in complexione: & tamen magis elongantur in cōmixtione, ad quā sequitur proprietas. Patet ergo quomodo eadem proprietas potest esse in pluribus differentibus in complexione. Et tamen non erit in his quē sunt propinqua in complexione. Patet etiam q̄ in eadem specie esse diuersas & oppositas proprietates est impossibile. Patet insuper q̄ in mixtis sunt proprietates non sensate differentes a complexione, & etiam proprietates sensate, sicut color & sapor. &c.

CONSEQUENTER DICAMVS de maturatione.

Prima qd' sit calida & humida temperata.

Secunda q̄ sit liptomera & non stiptica, ut Medicina eius uirtus profundum ualeat penetrare. matura- Non debet etiam esse acuta ne adureret.
tia et bo- Tertia q̄ faciat aliquid in materia apostes
ne sanici matis: scilicet ut sit facile maturatium, tol-
generatio lendo malam complexionem materiæ, subs-
ua debet tiliando humorē si sit grossus, uel ipsum in-
habere qn spissando si sit suptilis.

q; condi- Quarta q̄ sit putrefactionis prohibitiua, fa-
tiones. ciens cessare putredinem. Nam calor putre-
dinalis est causa uirus et sordiciei, et non lau-
dabilis sanici.

Quinta q̄ debet esse aliquantulum uiscosa
et pororum oppilativa, ut calor in mēbro

I non exhalet, sed interius confortetur. Virtus
enim unita forcior est se ipsa dispersa.

Exemplum huius est aqua calida temperate deco-
ctionis farinæ frumenti, uel furfuris depurati cum oleo
communi oliuarum. Vel cum pinguedine porci uel uia-
tuli. Et si forte humor est grossior & frigidior. Possu-
mus uti pinguedinibus calefacentibus: cuiusmodi sunt
pinguedo anatis, anseris, & gallinae.

DE INCEPS DICENDVM EST de attractione.

Primo a uacuo. I. ut uacuum evitetur. In om-
nibus enim corporibus mobili bus, inducta est
virtus a corporibus celestibus, per quam mo-
uentur ad omnem differentiam positionis, ut
uacuum evitetur. De quo uideatur Aristote-
les quarto phisicorum.

Attrahit Secundo. A calido, ut flamma inflammas lico-
stio fit men attrahit unctuositatem oleaginosam ad
sui fomentum. Hæc differt ab attractione que
fit a uacuo. Nam hæc que fit a calido pre-
cise attrahit quod est unctuosius. Vnde si uinum
& oleum permisceantur simul, per formam
licmi prius attrahitur oleum q[uod] uinum. Et ta-
men uinum est subtilius q[uod] oleum. Sed in attrac-
tione que est a uacuo, attrahitur quod est
subtilius & propinquius. Medicinæ autem ca-
lide & a proprietate, attrahunt a profundo,
quando emplastrantur super locum, & hoc faciunt ra-

tione caliditatis, & adiuuat substantie subtilitas. Sunt autem quedam quae attrahunt a caliditate acquisita per viam putrefactionis, ut fermentum & stercora. Alia sunt calida naturaliter, que etiam per caliditatem innatam attrahunt, post quam de potentia ad actum sunt reducta.

Tertia. Sunt etiam alia quae attrahunt a proprietate applicata ab extra & ab intra. Et illa quae sic attrahunt a proprietate, sunt trium manerierum. Quedam sunt quae attrahunt alimentum, ut membrum attrahit sibi humorē conuenientem pro nutrimento. Alia sunt quae attrahunt uenenū sicut adeps cocodrilli, attrahit proprium uenenum. Et similiter caro tyri, uel uenenum eius, attrahit uenenum tyri. Et caro scorpionis. Alia sunt quae attrahunt humores, ut cartatum attrahit flegma, & reubar: coleram. Hæc ergo attrahunt a proprietate seu a tota specie. Quemadmodum dicimus q[uod] adamas attrahit ferrum, non quia calidum, nec quia frigidum, sed quia tale & sic uirtute cœlesti dotatum. Hoc modo attrahit membrum alimentum, & medicina humorem, Et medicina liberans a ueneno, attrahit uenenū. Sunt tamē aliquæ medicinæ liberates a ueneno nō attrahēdo, sed magis corrūpēdo et alterādo. Et hoc modo medicina calida, ualet contra uenena frigida. Et medicina lenitiua, ualet cōtra uenena mordaciua. Alie sunt medicinæ liberantes a ueneno, uenenum expellendo, ut tiriaca bene fermentata. Nam cor cōfortando omnia uenena expellit.

CAPITULUM OCTAVVM DE DVBIIS.

Dubitatur uirum sit ponere diuersas medicinas a proprietate expellentes diuersa uenena, sicut est ponere diuersas medicinas, expellentes diuersos humores. Dicendum q̄ medicinæ expellentes a proprietate diuersa uenena, & similiter diuersos humores, non sunt in rerum natura. Et si sunt, nō sunt nobis note. Sed forte dices q̄ tales medicinæ dantur, sicut & diuersæ membra habent diuersas uirtutes expulsiuas diuersarū superfluitatum. Sicut intestina habent uirtutem expulsiuam fecum, & renes urinarum, & matrix habet uirtutem expulsiuam sanguinis ani, & pulmo sputi. Et hoc bene asserunt sapientes. Et patet in septimo phisicorum, ubi fit mentio de motu pulsus naturali, cum pellens est quiescens. Et hoc in membris corporis humani est uerū, quia membra quiescentia, suas expellunt superfluitates naturaliter. Amplius Albertus magnus dicit: q̄ inuenitus est lapis adamantis, qui una parte sui ferrum expellebat, & alia attrahebat. Sic per conuenientiam & similitudinem diuerse medicinæ, attrahēt diuersos humores & diuersa uenena, quia habent diuersas similitudines & conuenientias, & per diuersas cōtrarictates & dissimilitudines, expellent diuersa uenena & diuersos humores. Ad hanc dubitationem dicendum q̄ tales medicinas ut supra dixi. Non est possibile esse in rerum natura: quod sic ostendo. Nam uirtus expulsiua ueneni & etiam humorum, non posset esse in medicina, nisi de potentia ad actum reduceretur. Sed non est rationabile, q̄ post reductionem de potentia ad actum, habeane

medicinae tales uirtutem expulsiuam, quia ad hoc sufficit uirtus expulsiua membra. Et sic non oportet ponere hanc uirtutem expulsiuam in medicina. Amplius per reductionem de potentia ad actum, medicina nihil debet acquirere, quod impedit opus intentū a natura & ab arte. Sed si medicina acquirat uirtutem expulsiuam humoris ueneni. Hoc naturam impedit, quia tunc reducta de potentia ad actum existens in stomacho, impedit motum attractuum humorum ad intestina, quē tamen natura intendit. Et similiter patet de medicina liberante a ueneno applicata ab extra. Si enim administraatur ab extra, totaliter est irrationabile q̄, habeat uirtutem expulsiuā, postq̄ est reducta de potentia ad actum: quia tunc impeditur opus naturae, quoniam natura intendit expellere uenenum per viam breuiorem. Breuior autem uia morsibus uenenosis, est uia exteris. Ideo si medicina liberans a ueneno, apponetur ab extra, & habeat uirtutem expulsiuam, pelleret uenenum a se, & sic pelleret interius. Si autem talis medicina expellens uenenum, recipiatur ad intra, pelleret uenenum per secessum de stomacho, sed non attrahit, ergo nec expellit. Membrorum enim corporis est expulsio. Supposito etiam q̄, attraheret, ad membra exteriora perueniret, & uirtus etiam eius perueniret ad membra principalia. Et sic plus noceret debilitando membra principalia. Et spiritum & calorem innatum q̄ prodesse possit expellendo. Et quia uenenum levius a corpore expellitur per medicinam attractiuam applicatam ad

Intra. Concludo q̄ totaliter esset inutile ponere medicinam, a proprietate uel dissimilitudine determinata, expellentem uenenum determinatum, & humorem determinatum. Ad illud q̄ dicitur de lapide adamantino, qui expellit ferrum pro una sui parte, potest dici q̄ non est simile, quia huiusmodi lapis facit hoc per proprietatem accidentalem. Sed medicina liberans a ueneno & attractiva humorum, facit per proprietatem potentialem, postq̄ reducta est de potentia ad actum. Huiusmodi autem reductio non potest esse ad actum expulsione, sed ad actum attractionis. Imo expulsive uirtus quae est in medicina, forte impediret non parum uirtutem expulsive nostricorporis. Ad illud q̄ dicitur de diuersis membris, quae habet diuersam uirtutem expulsive. Dico etiam q̄ non est simile, quia operantur per uirtutem actualem, medicinæ uero per uirtutem potentialem. Modo non est possibile q̄ medicinæ reducantur de potentia ad actum expulsione, sed bene ad actū attractionis. Ex dictis ergo patet q̄ est ponere medicinas a tota specie attrahentes uenenum & humorem. Sed nō est ponere medicinas a tota specie & per se expellentes. Licet enim tiriaca expellat omnia uenena ratione forme communis. Hoc non est nisi per illam proprietatem & formam communem, quae confortat cor, quod confortatum expellit a se omne uenenum, tam calidum q̄ frigidum, tam corrosiuum q̄ putrefactiuum tam a proprietate q̄ a complexione.

Dubitatur secundo. Vtrum tota species, per qualitatem

medicina attrahit determinatum uenenum & humor
rem determinatum, sit substantia uel accidens. Auicen:
enim manifesto sermone uidetur uelle q̄ sit substantia et
substantialis forma. Et sic uidetur q̄ est illud, per quod
res est id q̄ est. Hoc autem uidetur esse forma substan
tialis. Hoc tamen non fuit de mente Auicē:nec Galieni.
Nam Galenus uult q̄ medicina attrahit ratione simili
tudinis & conuenientiae, quā habet cum humore, quia
medicina est sibi simillima. Et tamen constat q̄ medicis
na attrahens & humor attractus differrunt specie. Et
sic per totam specialem non possumus intelligere formā
substantialē. Amplius alimentum mouetur ad mem
brum a tota specie, ut eo nutriatur. Sed alimentum non
nutrit membrum, nisi ratione materiae. Et sic motus ali
menti, per quem mouetur ad membrum, non est ratio
ne forme alimenti, sed magis ratione materiae. Et sic to
ta species non est forma substantialis. Item uidemus q̄
diuerse medicinæ attrahunt eundem humorē, & sic
communicant in proprietate illa per quā attrahunt, &
tamē differunt secūdum speciem. Et sic attractio que
fit a tota specie, non fit a forma substantiali. Præterea
medicina nō potest attrahere, nisi prius de potentia ad
actum reducatur. Et si attractio esset a forma substanciali,
non reduceretur de potentia ad actum. Nam postq̄
medicina reducta est de potentia ad actum, non acqui
rit nouam formam substantialē, ut est manifestū. Am
plius nulla forma substantialis est principiū immediac
tum motus alicuius uel operatiōis. Vnde uidemus q̄ for

mæ elementorum, non sunt principium motus localis
uel alterationis. Nam motus localis elementorū est im-
mediate per grauitatem & levitatem. Et motus altera-
tionis per caliditatem & frigiditatem. Et sic tenendū
est q̄ medicina attrahit humorem immediate non per
formam substantialē, & sic illa tota species: non est sub-
stantia, nec de genere substantiæ, relinquitur igitur q̄
sit quoddam accidens sensituum. Ad contraria inducta
dicendo & primo ad Auicē. q̄ tota species est per quā
res est id quod est, non intellexit Auicēna de tota specie
qua est principium immediatum. Et sic potest dici con-
uenienter, q̄ homo ridet a tota specie, non quia forma
substantialis sit principium immediatum actus ridendi,
sed remotum. Principium autem immediatum est risibi-
litas. Hæc ergo est mens Auicenne de tota specie q̄ nō
sit forma substantialis, est tamen instrumentum formæ
dantis esse secundū speciem, uel specialissimam uel sub-
alternam. Homo enim ridet a tota specie: secundū spe-
ciem specialissimam, & per hunc modum non est im-
possibile, q̄ in eadem re essent diuerse tote species: quia
una esset subalterna & alia esset specialissima. Est era-
go immediatum principium actionis quædam proprietas
consequens proporcionem miscibilium in mixto, huius
iusmodi autem proprietas interdum sequitur formam
substantialem secundum q̄ est secundum speciem spe-
cialissimam & interdum secundum q̄ precedit. Verbi
gratia. Venenum aliquod, puta napellus, habet proprietatem
per quā nutrit, & hæc proprietas precedit for-

mam, & habet proprietatem per quam corrumpit, &
haec sequitur formam. Potest ergo corrumpi & destrui
proprietas una & permanebit alia. Una ergo operatio
erit a tota specie specialissima, alia a tota specie subal-
terna, & secundum hanc uiam potest dici, q. in humo-
re est duplex tota species, una scilicet per quam mouetur
ad membrum & attrahitur a membro, & alia per quam
mouetur ad medicinam & attrahitur a medicina. Et ita
tota species per quam mouetur ad membrum & nutrit
membrum forte precedit formam dantem esse secundum
speciem specialissimam, sed proprietas & illa tota spe-
cies: per quam mouetur ad medicinam & attrahitur a
medicina, forte sequitur formam dantem esse secundum
speciem specialissimam. Amplius per hanc uiam possu-
mus dicere, q. in medicina attrahente humorem est du-
plex proprietas, una scilicet per quam corrumpit mem-
brum & calorē innatum, & est uenenosa, & alia per
quam potest conuerti in humorem & nutrire membrum,
quarum prima sequitur formam substantialem dantem
esse specificum, & alia proprietas scilicet secunda pre-
cedit illam formam, & prima est medicina per modū
actiui & perfecti, & alia est medicina per modū passi-
ui & imperfecti. Correlarie ex dictis sequitur, q. eadem
proprietas secundum speciem reperitur uel reperi pos-
test in diuersis sicut uidemus, q. in diuersis elementis se-
cundum speciem, reperitur una qualitas simbola secun-
dum speciem. In diuersis etiam animalibus secundum spe-
cierum reperitur una proprietas communis secundum specie-

em: sicut sentire & sensus tactus reperitur in homine et
in bove, & similiter reperitur in turbit & in cartamo:
quæ differunt secundum speciem. Vna proprietas per
quam utraq; carum attrahit flegma. Etiam per hanc
uiam possibile est q; in eadem medicina sunt diuersae me-
dicinæ per quas attrahere potest diuersos humores,
quarum una sequitur formam, quæ dat esse secundum
speciem specialissimam, & alia precedit dictam formam
specialissimam. Licet sequatur formam dantem esse se-
cundum speciem subalternam. Et inter has proprietas-
tes erit ordo secundum naturam formarum subalterna-
rum & carum ordinē. Amplius per hanc uiam potest
dici q; una medicina per unam proprietatem attrahit
diuersos humores, licet non sit eque primo inquantum
scilicet diuersi humores conueniunt in specie subalterna-
na. Sic ergo turbit per proprietatem conuenientē for-
mæ specificæ, & eandem consequentem attrahit diuersos
humores, ut scilicet habeant conuenientiam cū fleg-
mate. Nam turbit per illam proprietatem: similitudinē
habet cum flegmate perfectam, & ex consequenti cū
alijs humoribus & imperfectis, & hoc non est impossibile.
Vnde secundum Galienum cartamū attrahit fleg-
ma quia flegmaticum, q; autem secundum unam medi-
cinam sunt diuersae proprietates eque primo: hoc im-
plicat contradictionem. Ex dictis manifeste cōcluditur,
q; similitudo per quā medicina attrahit humorem, non
est similitudo in substantia, sed est similitudo in quadam
proprietate, que est in uno per modum actus & per

facti, & in alio per modum potentie & imperfecti,
quia imperfectum naturaliter mouetur ad perfectum.
Sic alimentum mouetur ad membrum propter huius
modi similitudinem in proprietate, quae est in humore
per modum imperfecti, & in membro per modum per-
fecti. Et similiter ferrum propter hanc causam moue-
tur ad adamantem propter similitudinem in propri-
tate: quae est in adamente per modum actus & perfe-
cti, & in ferro per modum potentiae & imperfecti.
Imperfectum autem naturaliter mouetur ad suam per-
fectionem. Vnumquodq; enim desiderat suam perfectio-
nem, sicut turpe bonum, & foemina uirum: primo phis-
sorū. Vnde bene anunciauerunt antiqui dicentes. Om-
nia bonum appetunt. Quando ergo Galienus dicit, q;
hoc esset propter conuenientiam & similitudinem in
substantia, non intellexit per substantiam formam sub-
stantialem de genere substantiae, sed intellexit propri-
tatem consequentem formam & miscibilium determina-
natam proportionem. Improbatio autem Auicenne cō-
tra Galienum: non est ad rem: sed ad nomen. Auicenne
enim dictum de tota specie intelligitur de eo quod cō-
comitatur speciem specialissimam: uel subalternā; pro-
ut supra dixi.

Dubitatur insuper, An humor mouetur naturali-
ter ad membrum, sicut ferrum ad lapidem adamantinū
& sicut imperfectum desiderans naturaliter suam per-
fectionem. Et arguitur q; nō, quia nihil naturaliter mo-
uetur ad locum sue corruptionis ut ibidem corrumpas-

tur, quia entia diligunt permanere, membrum autē p. m
morem corrumpit: ut ex eo nutriatur: & ad hunc finē
attrahitur ergo: &c. Dicendum q̄ humor naturaliter
mouetur ad membrum non naturalitate forme dantis
esse secundum speciem specialissimam: sed mouetur na-
turaliter ad membrum naturalitate cuiusdam propo-
tionis miscibilium, ad quā sequitur quādam proprietas
quae est in humore per modum potētiæ & imperfecti,
& in membro per modum aëtus & perfecti. Huiusmo-
di autem proporcio non corrūpitur: sed perficitur. For-
ma autem specifica & proprietas sequēs formā, utiq;
corrumpitur, nec huiusmodi forma erit principiū illius
motus. Illud autē principium intrinsecum per quod ali-
mentum mouetur ad membrū non corrūpitur sed per-
ficitur. Nam in membro & in humore non differunt:
nisi secundum perfectum & imperfectum, & in eadem
specie. Et similiter intelligitur de humore respectu me-
dicinæ attrahentis. Nam humor mouetur ad medicinā:
ratione cuiusdam proprietatis consequentis formā dan-
tis esse specificum, nec ratione huius corrumpitur a me-
dicina attrahente, immo saluat̄ apud eam. Sed pro-
porcio precedēs formam ratione huius poterit corpus
nutrire & mouetur ad membrum corrumpitur & de-
struitur a medicina attrahente secundum q̄ attrahens
sic enim opponitur humor secundum q̄ nutriend⁹, sed nō
corrumpit humorem inquantum attrahens & in quās
tum habens similitudinem cum humore attracto. Nam
similia ut sic se inuicem non corrumpunt. Medicina autē

attrahens corrumpit humorem attractū propter diffis
militudinem & contrarietatem inter medicinam ra-
tione proprietatis consequentis formam, & humorem
ratione proprietatis precedentis formam, & ipsum sal-
uat ratione similitudinis & cōuenientiae inter proprie-
tatem medicinae consequentem formam, & inter pro-
prietatem humoris consequentem formam eiusdem.

Sed dices, Quomodo possibile est q̄ proprietas
qua lapis adamantinus attrahit ferrum, & proprietas
qua ferrum attrahitur sunt idem secundum proprietas-
tem, & huiusmodi proprietas nō uidetur suscipere ma-
gis & minus. Ad hoc potest dici, q̄ sicut grauitas in ele-
mentis diuersis disert secundum magis & minus, ut in
terra & aqua, quia terra grauior est aqua, sic non est
impossibile q̄ eadem proprietas sit in attrahēte & at-
tracto: & perfectior in attrahente q̄ in attracto. Et si
quis dicat, dupletur ergo corpulentia attracti, uel tri-
pletur respectu attrahentis, sequitur q̄ attractum erit
attrahens, & sequitur q̄ magna quantitas ferri attra-
het paruum lapidem adamanti. Ad hoc dicendum bres-
uiter, q̄ quantumcumq; dupletur ferrum, semper pro-
prietas est in eo per modum potentiae & passi & im-
perfecti, & ideo remanente ferro nunq̄ proprietas est
in eo per modum actiui, Et q̄ se habet per modū actus
& forme, respectu eius q̄ se habet per modum poten-
tie & materiae. Videtur differre secundum specie. &c.
Dico ergo ad illam propositionem q̄ nihil naturaliter
mouetur ad locum sue corruptiois. Potest dici q̄ ille mo-

tus non est naturalis naturalitate humoris, sed quadam
naturalitate communis, naturae membra & uirtuti to-
tius regitiue, humor enim est quid imperfectum & in
completum quod naturaliter ordinatur ad aliquod per-
fectum, & sic ordinatur & mouetur naturaliter ad lo-
cum suae corruptionis propter maius bonum intentum
a natura, aut uirtute totius corporis regitiua, & sic in-
telligitur de humore respectu medicinae attrahentis. Am-
plius humor in quantum ad membrum habet similitus
dinem in substantia tota cum membro, & sic membrum
non corrumpit humorem: sed in quantum contrariatur
eidem, sicut aer mouetur naturaliter ad concavum ignis:
& tamen ignis corrumpit aerem, non tamen moue-
tur ad locum in quantum ignis est corruptio aeris, sed in
quantum in tali loco est uirtus conseruativa locati.

Diceres, Inter mouens & motum nihil debet esse me-
dium, & sic uidetur q[uod] adamas non attrahit ferrum quia
non est simul cum ferro, nec simul mouetur cum eo. Di-
cito q[uod] quis lapis sit separatus corporaliter & localiter
a ferro, uirtualiter tamen coniunctus est.

Præterea similitudo inter motum ad magnetem &
motum grauis deorsum, conueniunt, quia sicut graue mo-
uetur deorsum: ut ibi perficiatur & conservetur, & no-
additur ut per se mouens & per se motum. Sic etiam fer-
rum mouetur ad magnetem naturaliter ut ibi perficia-
tur. Nec proprie mouetur in per se mouens & per se
motum. Differunt autem in plurimis, quia in motu gra-
uium nulla penitus uiolentia reperitur. In motu autem

ferri ad magnetem aliquid uiolentie reperitur, ut mo-
ueri ad magnetem sursum est uolenter. Amplius ferrum
non mouetur ad magnetem a quacunq; distantia. Item
ferrum maioris quantitatis & corpulentie non citius
& uelocius mouetur. Amplius ad hoc q; graue mouea-
tur deorsum, non oportet q; sit in aliqua dispositioe, sed
ferrum ad magnetem oportet q; disponatur. Amplius
in motu ferri ad magnetem requiritur quedam similis-
tudo in substantia & proprietatibus, ut confitentur sa-
pientes, & hoc in motu grauium non est necessarium.

Differentia inter motū ferri ad magnetem, & mo-
tum tractus: de quo loquitur Aristoteles. 7. phisicorum,
est quia in motu tractus de quo Aristoteles ibidem, mo-
uens & motum simul mouentur, trahens prius & ue-
locius mouetur q; tractum. In hoc autem motu tractus,
non oportet q; mouens moueretur, sed quiescit, tractus
autem solum mouetur. Item ille motus tractus de quo
Aristoteles loquitur, & a se & ab alio mouetur per
uim, hic autem est naturalis. Amplius in motu tractus
de quo loquitur Aristoteles, trahens diuiditur in partē
per se mouentem, & partem per se motā. Non sic au-
tem est de magnete ferrum trahente. Et iterum in mo-
tu tractus de quo Arist. loquitur, non oportet q; sit si-
militudo & proprietas in substantia & proprietati-
bus, que tamen est necessaria ferri ad magnetem. Et
amplius in motu tractus de quo Arist. loquitur, nō opor-
tet q; trahēs & tractū differat secundū speciē & for-
mā, cuius oppositū cōtingit in motu ferri ad magnetem.

Preterea ad hoc q̄ medicina attrahit humorē, nō oportet q̄ corporaliter mouetur ad humorem, sed sufficieat q̄ uirtualiter & spiritualiter, ut dicitur de adamante & ferro. Non est etiam a ratione semotum, q̄ medicina anteq̄ attrahat humorē: ipsum alteret & inficiat aliqua qualitate reali, ex qua alteratione & infectione redditur odiosior nature, & sic uirtus expulsiua membra iuuabit attractionem medicinæ, ex qua alteratione etiam uirtus contentiue membrorum debilitabitur & expulsiua confortabitur. Huiusmodi autem rationes nō habent locum in adamante & ferro.

Dixit Aucenna in primo canone, sen. 4. Verbum dicēatis q̄ medicina attractiua si non euacuet humorē proprium: conuertitur in eundem: nullum est. i. nullius uirtutis. Intellexit de medicinis fortibus & violentis, quae digestionem non suscipiunt. Quando autem Galenus huius contrarium asseruit, intellexit de medicinis debilibus, quae digestionē suscipiunt, & corpus nutritre possunt, Verbi gratia. Cartatum est debilis medicina, quae si uincatur a natura conuertitur in flegma, & non in colerā. Et si quis dicat Cartamū est calidū & siccū, & flegma est frigidū & humidū, si digeratur in coleram conuertitur & non in flegma. Ad hoc breuiter dicendum: q̄ licet cartatum ratione complexionis & qualitatis, magis deberet conuerti in coleram q̄ in flegma, tamen ratione commixtionis naturalis: ratione cuius nutrit, magis est aptum ut conuertatur in flegma. Nam huiusmodi cōmixtio similior & propinquior est

naturæ flegmatis q̄ colere, q̄uis ex parte complexionis formalis similior fit colere q̄ flegmati. Vnde ratione cōplexionis coleram confortat, & ratione commixtionis Præcedentis formam, quæ multū se tenet ex parte materiæ: flegma multiplicat. Et sic non obstante, q̄ carta-
mum sit calidum & siccum ex formalí complexione in quantum medicina attractua, tamen ratione commix-
tionis in quantum cibus: est frigide & humide comple-
xionis. Si attrahere non posset quia in debili dosi est ex-
hibitum, uel quia natura non intendit emittere flegma:
quia eo indiget, tunc huiusmodi medicina a corpore ex-
pellitur, uel si digeratur in flegma conuertitur. Et sic
cartam per eandem proprietatem: in flegma cōuer-
titur: & flegma attrahit.

CAPI. IX. DE AQVIS ARTIFICIA- libus in particulari.

DE AQVA BVGLOSSE.

Aqua Buglossæ fit de herba et radicibus; simul,
que censortat cor, sanguinem mundificat, me-
lancoliā remouet, & cerebrum infectum humore adu-
sto & melancolico curat, demētes & fatuos sanat. Am-
plius huiusmodi aqua est utilis in omni specie scabiei &
lepre. Et aliqui addunt in confectione eius flores buglos-
se: boraginis & rosarum rubearum. Et potest bibi per
se: & cum bono uino.

DE AQVA EVFRAGIE.

Mirabilis est in reparacione uisus & conforta-
tione eiusdem: & specialiter in etate & ha-

bitudine flegmatica. Et si eufragiae uerbena ruta & celi-
donia simul apponantur in alebico: efficitur aqua mirab-
lior: in repatiōe & cōfortatiōe uisus: in ætate & cōple-
xione frigidis.

DE AQVA TARTARI combusti in igne.

TN aqua fontis boni ponatur tartarū cōbustū in igne.
Et deinde aqua coletur & manus ea lauentur, mūdi-
ficat: & pellem subtiliat, & sanguinē ad cutē trahit &
corrugationem remouet, & cutem extendit.

DE AQVA ISOPI SICAE.

Est bona renibus & mundificat pectus & pulmōes
nē, a materia flegmatica grossa & uiscosa: et mul-
tum ualet in tuſi humida & uocem clarificat, & ualet
in epilentia. **D**E AQVA SALVIAE.

VAlet in oībus ægritudinibus neruorū frigidis: in
paralisi tremore spasmo & epilentia & simili-
bus passiōibus, ualet etiā in remollitione dentiū: gingiu-
rū & ad eorū cōmotionē, & multis causis stomachi &
matricis, quia sunt membra neruosa. Et huiusmodi aqua
possimus uti bibendo, liuando, epithimando, & embroc-
cando, ualet enim omnibus istis modis.

DE AQVA FENICVLI.

FAlet in clāgatiōe oculorū, & in hidropisi, & in
litargia, & multis obuiat uenenis, ualet etiam in
nefretica passione, & medetur ægritudinibus uesice, pro-
uocat urinam & menstrua: & humores grossos subtiliat:
& prouocat lac & sperma. **D**E AQVA Anisi.

HAec aperit opilatiōes, & preseruat a colica ueno-
cosa, rectificat & tollit eructationem acetosam.

Et multum ualeat mulieribus lactatibus, tollit dolore renū ex uētositate: & arenulis est bonū remediū, nā facit dolorē quiescere, & mūdificat renes ab arena, & cibū digerit & bonum colorem facit, lac multiplicat: & in nutribus aquosum lac & indigestum rectificat,

DE AQVA GRAMINIS.

Quae renes mūdificat ab arenulis & urinā prouocat, opilatioes aperit, & q̄ est precipuum statim dolorē iuncturarū mitigat: & adiuuat materiā morbi ad uias urinæ, q̄a est diuretica tēperate, & sic magis utilis est inter alias. **D E A Q V A I R I N G O R V M**
STranguriam soluit & usus eius proficit in uia generationis, quia multiplicat sperma.

DE AQVA EBULORVM.

Ista fit de radicibus & floribus Ebulorū & sambucus corū, uentrem soluit & opilationes splenis aperit, hīdropisim curat: & tumores pedum remouet.

DE AQVA ABSINTHII.

Mirabiles habet proprietates & referūt antiquiores, q̄ tanta fuit laus eius apud oēs, q̄ in signū presagij de succo huius herbe dabatur illi ad bibendū, qui erat dux exercitus, credētes per hoc habere uictoriā de inimicis eorū. Itaq; huiusmōi aqua ualeat cōtra lūbricos et mineras putredinales maxime latentes in locis occultis: & eas aperit dissoluit & cōsumit, & cū hoc ratiōe alicuius stipticitatis cōfortat locū. Itē huiusmodi aqua stomachum cōfortat mūdificando abstergēdo & quodāmodo stipticū faciendo. Valet etiā cōtra opilatioes splenis & epatis, cōtra epilentiā, cōtra loquclā amissam, cōtra suffocationē

ex fungis, & contra uenenū. Vrinā & mestrua puocat,
& specialiter resistit ueneno opij & iusquiam. Et eius
suffumigiū confert surditati. Et si uulnus lauetur ea, non
fistulatur: nec crescit caro mala. Valet etiā absinthiū con-
tra epidimias & aerē pestilentialē, remouet nauseam &
morē & dolorē membrorū si ex ea fiat stupha. Valet etio-
am aqua eius cōtra tumorem lingue & uulnæ si fiat ex
ea gargarismus. DE AQVA ALKEKENGI.

Hec habet mirabilē ppricetate in puocatione urio-
ne & mūdificatiōe renū & uestice a materia are-
nosa, & multū ualet ulceribus renū & minctui sanguīs.

DE AQVA RORIS MARINI.

Siue fiat per modū decoctiōis & infusiōis, siue p mo-
dū distillatiōis & extractiōe uirtute solis, siue fiat p
uia sublimatiōis, ppricetes habet mirabiles & ualde uti-
les nostris corpibus. Est enim utilis in oībus egritudinibus
frigidis, rectificat appetitū & spūm confortat, & calorē
innatū sua aromaticitate qua natura delectatur: & sua
stipticitate per quā substantia mēbrorū aggregatur, &
specialiter cōfortat cerebrū & omnia membra neruosa.
Et si cū huiusmōi aqua lauetur caput, capillos retinet &
cōfortat & multiplicat. Et usus huius aquæ preseruat ab
antrace & malis fistulis. Et cōfortat substantiā cordis, et
cōsumit flegma & melancoliā, & facit acquirere iuuene-
scentiā, & forsū q̄ assiduauerit huiusmōi aquā intus &
extra, non putrefiet eius corpus lōgo tēpore. Itē ablutio
oris huiusmōi aqua: rectificat dentes & gingivias & cu-
rat cancrū & fistulā, uulneraq; & ulcera desiccat et re-
stifcat. Itē ualet in cordiacis passiōibus: in nausea & flu-

tabus uētris: rectificat etiā matrices mulierū et prodest ad
cōceptū.

DE A Q V A R O S E.

C Or refrigerat & oīa mēbra principalia cōfortat
A & mēbra custodit ne dissoluātur: & si sint disso-
luta ea reparat, & sua aromaticitate spūm & calorē in-
natū roborat & putrefactionē phibet. Valet in dissente-
ria & lienteria & in defectu contentiue uirtutis, & in
sincopi & in uomitu: & contra sudore's diaforeticos: &
confortat gingiuas: & facit bonū odore oris. Etiam lotio
cū ea facit carnē & bene coloratū. Et si ponatur in oculo
cū paucō uino, mūdificat & desiccat & cōfortat, & pre-
cipue si in huiusmōi aqua & uino remolliatur thucia uel
parū aloe & zuccari. Et sola aqua rose cū zuccaro albif-
fimo: & specialiter cū zuccaro candi abstergit et mūdifi-
cat substantiā oculi, cū quadam stipticitate, et sic multum
cōfortat uisum.

DE A Q V A B E T O N I C E .

Multas et mirabiles habet p̄prietates cuius aqua
caput uigorat pectus, et pulmonē mūdificat, epilentiā res-
soluit, uenenū expellit, et morsibus subuenit uenenosis, sci-
atice sucurrit: flegma educit a stomacho p uomitū et se-
cessum, cōfert eructationi acide, urinā, puocat et lenit, do-
lorē splenis placat, stomachū cōfortat et digestionē adiu-
uat, ualet cōtra sputū sanguinis, cōfert dolori renū et ue-
sice: et puocat mēstrua: et cōfert in sputo sanie pectoris et
pulmonis. Cōfert etiā in ictericia et in cōsolidāde: uulnera
in capite: et extrahit a uulneribus fragmēta ossiū, cōfert eti-
am dolori dentiū: et obscuritati uisus. Corize et catarro et
difficultati partus, et prohibet ebrietatem. Potus huius a-
que auffert fastidium a conualeſcentibus. Et extrahit ues-

tenum canis rabidi. Confert etiam dolori aurium et faro
ditati, et ad caliginem oculorum, et ad eorum lacrimas et
ad fluxū sanguinis narium et ad suspiria et uomitū. Ad do-
lorem emoroidarū et ad quartanam, presertim si exhibe-
tur ante accessionem per aliquod spaciū. Hæc etiam aqua
confert in paraliſi in ſpasmo et tremore. ualeſt ad uentriſ
tumorem et dolorem.

DE A Q V A P L A N T A G I N I S.

Est frigida circa ſecundū gradū declinans ad aliquę
lē ſiccitatē, et in ea eſt uurtus abſteriuia et incarna-
tiua: multū enim cōfert ulceribus corroſiuis: et qā eſt ſtip-
tica multū, confert in fluxibus uētris et iñteſtinorū et ulce-
ribus eorū bibita et cliferisata, et aperit opilatiōes epatis
et ſplenis, et abſtergit ſanguinē: et extinguit inflammatiōeſ
ſanguinis, et incarnaſt firſulas. Nā eſt abſteriuia et ſtipicas:
et talis cōpetit in incarnađo firſulas et alia ulcera antiqua
et cōpetit in fluxu emoroidarū. Amplius cōfert doloribus
dentiū quando ex ea lauatur os, et ad idē ualeſt masticatio
radicis eius. Valet etiā in ulceribus oris. Confert et morsui
canis, heriſipille et cōbūſtiōibus. Itē cōfert ſputo ſanguinis
et ulceribus pectoris et pulmonis, cōfert et in febre tercia
na.

DE A Q V A E N D I V I A E.

Eſt frigida et hūida et uenariū epatis apitiua, et cō-
fert in apostematibus calidis et heriſipilla, et puo-
cat ſomnum: et cōfert in ictericia. Et eſt medicina bona in
opilatiōe nariū et corrize. Lac etiā abſtergit ulcera quæ
fiūt in tunica oculi. Et cōfert habētibus colerā in ſtomacho.

D E A Q V A F V M I T R R A E.
Eclinat ad paucā caliditatē et ſtipicitatē, ſtoma-

hū corroborat: et eius uirtus est mundificatiua et prouocatiua urinæ. Valet ad scabiem et pruritū, et laxat coleram: et sanguinem mundificat ab humoribus adustis.

DE A Q V A V I T I S S E V L A C H R I M A V I T I S .

Quae frangit et expellit lapidē si bibatur cū uino, et ualet cōtra impetiginē et serpiginem, et lachrima quæ exit a fragmētis uitis quādo ponitur in igne delet uerucas et poros et aqua foliorū et capreolorū eius ualet in fluxu uētris calido, et cōfert sputo sanguinis et habētibus ulcerā in intestinis, et cōfert apostematibus calidis et herisipille, cōfert et pregnātibus habētibus appetitum corruptū.

DE A Q V A M E L L I S S E .

Est calida et sicca: confert stomacho frigido hūido et iuuat digestiōne, letificat animā et cōfortat cor et cerebrū, et remouet sollicitudines et timores q̄ accidunt in melancolia et a flegmate adusto, et ualet cōtra morsum canis et puncturā scorpionis, ualet in dolore dentiū, et ualeat suffocationi humorū malorū et intestinorū pūcturis: et resoluit scrofulas.

DE A Q V A S P A R A G O R V M .

Est tēperata parū declinans ad siccitatē. Aperit uenias epatis et splenis, puocat urinam, et ualet cōtra ictericā et mundificat renes, et ualet in dolore lūborū et renū q̄ fit a uentositate et flegmate, et in dolore colice, et mollit uentrē: mitigatq; dolorē dētiū, et cōfert strāgurie.

DE A Q V A M E R C V R I A L I S .

Est calida et sicca, purgat grēssum flegma cū facilitate, et ualet in ulceribus factis ab adustiōe ignis: et ualet in splenetica passiōe, et fit caputpurgiū ex ea, et multum ualet humoribus descendētibus ad narces: oculos, aures, et

fauces, et mixta cū uino cōsolidat ulcera antiqua et magna.

D E A Q V A C E N T A V R E E.

Est amara et sicca cum quadam stipticitate addulcedinem parumper declinans. Aperit opilationes incidunt et diuidit et subtiliat humores grossos et purgat eos. Si clisterizantur cū easciatici et podagrī, educit humores grossos colericos et flegmaticos, et provocat menstrua et facit aborsum, et habet uirtutem consolidatiuam ulcera propter stipticitatē, ualet in duricie splenis et epatis et in ictericia et in paſſione iliaca et in paralysi, et macula oculorum, Cetera uide in Galieno de Centaurea.

D E A Q V A B I S M A L V A E.

Est frigida & humida, uentris mollitiua: & apostematum calidorum alteratiua, duricerum remollietia & eductiua, plurimum ualet cōtra morsum apum.

D E A Q V A S C A B I O S A E.

Hec est calida & sicca in secundo, est consumptiua & dissolutiua: & ualet in scabie et lepra et impetagine et serpigne et allopecia et emoroidibus: stomacho encarismato. Aleuiat pectus quod grauat senectus, et secundum experientiam resoluit et prohibet et a postemata pestilentica consumit.

D E A Q V A C I C O R E A E.

Est frigida et sicca: et ualet multum contra morsus uenenosos bibita et supposita, ualet contra opilations epatis et splenis, cōtra calefactionem epatis et febres tercianas bibita et epithimata.

D E A Q V A S E R P I L L I.

Ipsa est calida et sicca: de opilat epar et splenem et con-

fortat stomachū frigidum et epar. Et ualet cōtra morsum
venenosum: sedat uomitū, et aperit opilationes nariū, &
confert lapidi & distillationi urinæ, et sincopi et torsioni
bus uentris, et litargie et sode, mēstrua autē prouocat ma-
gnifice. **DE AQVA SERPETINAE.**

Quae est dissolutiua et mūdificatiua. Si ex huius
modi aqua lauentur manus et facies redduntur
nitidiores et clariores et pannū deponit. Et hu-
iusmodi aqua urinā prouocat et menstrua, opilatiōes ape-
rit, fetum expellit, pectus mūdificat, maculas oculorū deo-
let, podagram frigidam curat, et fissuras a frigore factas
remouet. **DE AQVA CITONIORVM.**

Sumpta cum paucō uino, stomachum confortat, &
uentrem restringit.

Calida est et sicca, et habet uirtutem dissoluendi et
attrahendi, et multū cōpetit egritudinibus cerebri et nero-
uorū, sicut in epilepsia, paralisi, et tremore membrorū, et
multum confortat stomachū plenū malis humoribus, &
excitat appetitū. Et hoc si ex huiusmodi aqua et paucō ace-
to et pipere fiat salsa mentum cum paucō serpillo.

DE AQVA SAXIFRAGIE.

Est calida et sicca in secundo gradu, lapidem frangit
uesice et renū et ualet in stranguria et dissuria, et
in passione icterica siue bibatur, siue ex ea fiat encatismus.
Idem intelligan de pipinella.

DE AQVA MENTE.

Quae est calida et sicca, et habet uirtutem dissoluē-
di consumēdo et confortādo propter aromaticio-

tate eius.. Valet cōtra opilationē epatis & splenis, & urinārum urinæ. Valet contra fetorē oris ex putredine gingivā, stomachū cōfortat, appetitū incitat, ucm. tū prochīs het. Itē ualet cōtra defectionē & sinc pim, si panis tostus ponatur in huiusmodi aqua: & aceto uel uino: et naribus & temporibus applicetur. Amplius matricē mūdificat bībita & cataplasma, & similiter epithimata, Et dissoluit lac coagulatū in mamillis. Valet etiā huiusmodi aqua cōtra uenenū, & interficit uermes, & ualet cōtra tuſsim de humoribus frigidis, & caputpurgiū ex ea factū ualet contra frigidū reuma. Etiā urinam prouocat & coitum.

DE AQVA RAFFANI.

Aest calida & sicca in secūdo, est subtiliatua, aperiōtua, urinæ prouocatiua, abstersiua & mūdificatiua, et ualet cōtra impetiginē & serpiginē, & ausert citrinitatem cuiuslibet mēbri corporis, & mūdificat pectus, et clarificat uocē, et subtiliat humores grossos et uiscosos qui sunt in pectori & pulmone, et multū ualet in morsu scorpionis, & cōfert febribus quartanis, et rigoribus febriū quartanariū cōfert hidropisi et ictericie, & frāgit lapidē, & auget de sideriū coitus, stomachū debilitat, et nauseam facit, et cōfert medicinis mortiferis et uenenosis, & resoluit humores in cornea oculi, & delet maculas quæ sunt in facie, resoluit squinantiā et tumorē splenis, et mestrua prouocat, & confert his qui sumpserunt fungos malos.

DE AQVA SCOLOPENDRIAЕ.

Aperit & subtiliat, et auffert duriciē splenis, et lapidē frangit: & cōfert distillationi urinæ, & singultui, et ictericie.

DE AQVA PORTVLACE.

Est multū frigida & hūida, et est lubricatiua et ut
scosa, et auffert situm et stringit uentrē, auffert stū
porē dentiū, et multum ualet in sputo sanguinis. Valet in
apostematis calidis & herisipila et flegmone, et in arā
dore stomachi et in supcalefactiōe epatis, et cōfert ulceri
bus intestinorū, et fluxui menstruorū, uomitiū phibet: sed
debilitat uisum, epithimata sup caput prohibet frenesim
cōfirmari. **DE AQVA SEMPERVIVE.**

Est multū frigida et parū sicca, & est repcussiuā,
& cōfert herisipille et apostematis calidis deam
bulatiuis, & sedat dolorē podagre calide, et cōfert cōbu-
stioni ignis. Et cū oleo rosato cōfert dolori capitis. Cōfert
fluxui uētris et aquae, & ulceribus intestinorū, & frenes-
sim phibet. **DE AQVA VIRGE PASTORIS.**

Quae est multū frigida declinās ad pauçā siccitatē,
& est stiptica multū & repcussiuā: ualet in apo-
stematis calidis in herisipilla & flegmone: &
specialiter in principio. Et multū cōfert ardori et inflāma-
tioni stomachi et epatis, & cōfert ulceribus et apostemati-
bus ad quæ humores fluūt, & cōsolidat & cōglutinat
uulnera recentia cū suo sanguine, & cōfert dolori auriū
et desiccat saniem in eis, & cōfert ulceribus intestinorum
et fluxui menstruorū, & fluxui sanguinis undecunq; mag-
nat & ueniat. Epithimata super anteriorem partem cae-
pitis prohibet frenesim confirmari.

DE AQVA PSILII FLORVM
& foliorum eius.

Est calida et sicca cū tēperamento, est abstersiuā et
mūdificatiua. Et ualet cōtra impetiginē et serpigi-

nem, mixta cū melle clarificat cutē faciei et manū, si ex ea sit lotio et explanatio, et cutē rubificat tēperate, & delet maculas faciei, & prouocat menstrua, remouet duris ciem matricis, incarnat ulcera, & multum ualet in combustione ignis, & in morsibus uenenosis.

DE AQVA RADICIS IREOS.

AEt calida & sicca cū tēperamento, & est absterea siua & maturatiua grossorū humorum, mundificat pectus & pulmonē, & multū ualet in ulceribus sorediis: et in torsionibus uentris, et laxat uentrē: Et ualet in hidropisi: et euacuat aquā citrinā, & confert morsibus uenenosis: et spleni et spasmo: et rigoribus febriū, et prouocat menstrua. Amplius si mulier lauetur cū aqua radicis Ireos multū confert dolori matricis, & opilationi orificiorum eius. Et cōfert impetigini: et mūdificat cutem, et ex ea colirisatur oculus, & delet ungulā oculi et eius maculas, & bene confert dolori dentium, & bibita confert morsibus uenenosis, et eius proprietas est extrahere ossa fracta, & alia infixa corpori, & confert dolori lateris, et stranguria & sciaticæ.

DE AQVA NENUFARIS.

AEt frigida et hūida multū: somnū inducit: et consuemit sperma et mēbra generatiōis debilitat, et pollutiones nocturnas remouet. Valet in tuſi et pleuresi, mollescit uentrē, cōfert fluxui antiquo & ulceribus intestinorū, resoluit apostemata splenis, & ualet cōtra albā morphēam

DE AQVA CAVDE EQVINAЕ.

AEt frigida in primo, sicca in secūdo, & est multum stiptica; et propter hoc consolidat uulcera, & cō-

fert ulceribus intestinorū et sputo sanguinis et fluxui intestinorū. Et dicūt aliq, q̄ curat ulcera uescicæ: et cōfert ulceribus stomachi et epatis bibita et epitimata: uel emplastrata ulceribus, et cōfert in herisipilla bibita et emplastrata, et in fluxu sanguinis nariū si trahatur et sugatur p̄nares. Eadem dic de Centinodia.

DE AQVA CVSCVT E.

Est calida et sicca in primo, et est aptua opilationē, ualet in ictericia, urinā prouocat, et uenas mūdificat a supfluitatibus antiquis, uentrē lenit: et epar cōfortat, colerā purgat, febris infantīa confert. Eius proprie est expellere supfluitates antiquas: et mūdificare uenas subtiles et grossas, quia est abstersua et mundificativa.

DE AQVA CAPILLORVM VENERIS.

Appropinquat tēperamēto et declinat ad paucam siccitatē, subtiliat: et dissoluit, et ualet multū in allopacia et furfuribus capitis, et in retentione capillorū capitis, et in ulceribus cutis, et mūdificat pectus et pectoris ab humoribus grossis et viscosis, et frangit lapidem, et ualet in ictericia, et cōpetit calori splenis et strangurie: et dissoluit scrofulas: et mūdificat stomachū et intestina a contericis supfluitatibus. **DE AQVA CATHAPVCIE**

Est calida et sicca in secūdo gradu, mūdificat et dissoluit: et purgat colerā et flegma et aquosam supfluitatē, et ualet in impetigine et serpiginē, uomitū et naufragium, prouocat, et cōfert ulceribus humidis, et scabiei que fit vi capite. Et remouet cicatrices fedas et expellit lubricos.

DE AQVA LINGVE AVIS.

Calida est in secundo declinās ad hūditatē, prouocat

**urinā: auget sperma: incitat libidinem: et ualeat in doloribus
laterū et multū cōfert cordiace passioni et melancolicæ,
quoniam digerit humores melancolicos.**

DE AQVA FILICIS, masculli & femelle.

AEt calida notabiliter declinās ad siccitatem, occidit
uermes, cīcīt fetū mortuū, facit abortire, et multū
ualet in cura fistularum, si fistulæ lauentur cū huiusmodi
aqua et pauco uino. Et dicunt quidam: q. si ex huiusmodi
aqua lauentur pedes, uentrem stringit.

DE AQVA BALSAMI.

Hec est calida et sicca in secūdo, et est multū subtilia
liatiua, et puocat urinā et mēstrua, expellit secū
dinā et fetū mortuū: et multū iuuat ad impregnandū, au
fert frigiditatē matricis, abstergit tenebrositatem uisus,
multū ualet tuſſientibus: et asmaticis: et epilenticis, et ulce
ribus antiquis: et in uenenatis: et morsibus uenenosis, et cō
fert malicie digestionis et doloribus et torsiōibus uentris
ex materia frigida: et uentosa et flegmatica, et est magna
tiriaca uenenis, et ualet cōtra opium bibitū, et cōtra fune
gos malos et uenenosos, et cōtra adamantem bibitum. Et
Auenzoar in Teyſir plurimū laudat cā in fractiōe calculi

DE AQVA IVNIPERI.

AEt calida & sicca in tertio, multū subtilitatiua &
apitiua et mūdificatiua, et est multū conuenies in
mūdificatiōe ulcerū sordidorū, puocat urinā & mēstrua
cū fortitudine, et extrahit fetū mortuū, et facit abortire,
et expellit uenena et uenenosā reptilia. Et aqua decoctio
nis iuniperi: ualet in doloribus matricis & in neruorum
attritione si fiat balneum ex ea.

DE AQVA MAIORANE.

Aqua Maiorane calida est et sicca, confortat cerebrum frigidū. Et confortat egritudinibus frigidis, paralisi et passiōibus neruorū et reumatib⁹. Fit ex ea uel succo maioranæ caput purgatiū bonū, extrahens mucos & flegmat⁹ capit⁹. Confert etiam liuoribus & detigrationi membra ex sanguine corrupto, tam aqua q̄ succus maioranæ cum melle commixtus & parti liuide superpositus.

DE AQVA AVRI POTABILIS.

Ad habendū aquā auri potabilis: siue aurū potabile oportet primo aurū malagmare, deinde calcinare, et tertio in butirū seu butirosam substantiā cōuertere: et ultio cū aqua uitæ cōmiscere. Primū ergo fiat aqua ad calcinadū talis. Recipe salis armoniaci, salis nitri aī. lib. I. fulsoris 3.ij. pulueris ēt simul misceātur, et p̄ uiā distillatiois paulatim fiat aqua lib. I. et ponatur in una ampula obturata, Postea recipe florenū 1. de bono auro, & solietur, tandem pmisceatur cū argēto u:uo in crucibulo, ita ut fiat unū corpus, et hoc uocatur malagma: sc̄i aurū malagmatū, deinde p̄mitte infrigidari. Et adde tātundē de sulfure et tere simul: quāto melius possibile ē: et postea pone hūc puluerē in crucibulo sup ignē, et incōtinēti īcipiet ardere, et ardeat quousq; durabit flāma: deinde remoue ab igne et iterū tere, et in crucibulo pone sup carbōes ignis donec crucibulū fit ignitū et tūc remoue: et habebis aurū calcinatū, et erit puluis croceus subtilissimus. Tertio huic pulueris recipe pōdus florenū duorū et pōe in 3. I. aq̄ supradicte: et īmediate soluetur, et in ampula claudere bene et seruetur. Hoc facto. Recipe istius aque supradicte lib. I.

et distilletur, et postea aurū in huiusmōi aqua distilletur si
cū prius dictū est. Etiā cū iteratiōe si necesse fuerit, et in
fūdo uasis inuenietur substātia auri cōuersi in butirū: siue
substātia butirosam. Sic ergo aurū fit p̄io malagma deīde
fit cinis admodū calcis, deīde fit butirū, uel admodū butiri.

Vltimo illd' butirū pmisceatur cū aqua uitæ. Et melius es
ut aqua uitæ sit infusiois pipinellæ: cinamomi: uel alterius
aromatis. cōfortatis. Et hoc tibi posui p̄ magisterio et ex-
ercitio, nō ut biberes, nec alicui ad bibēdū dares, quoniam est
res uenenosa. Et uenenū nō ē cuiq; ppinādū. Vbicūq; enē
ponitur auripigmētū, sulfur, nitrū: argētū uiuū et cetera
silia, iudica uenenū et ipso nō utaris de quo lege Aueroim
in §. colliget q̄ tale aurū potabile ppter addita et prepara-
tionē, ē res uenenosa, et nō ppināda. Et ideo magister me-
us in prepano auro potabili aliū modū tētabat. Nā folia-
bat aurū tenuissime, ei ipsum pōebat cū sale cōmūi mine-
rali, seu cū sale gēme, et aceto mellis forti et bene clausū
in uno uase, et aliquoties applicabat ad ignē, et post lōgū
tēpus redigebatur aurū in puluerē butirosum. Et hic pul-
uis poterit ppinari ad bibēdū cū aq̄s cordialibus, aut cum
bono uino uel cū aqua uitæ. Et q̄a ad huc sal minerale est
corrosiū, sicut et acetū fortissimū. Bonū tibi erit et secu-
rius uti auro foliato uel cōtrito, cū cōfectiōibus, cū aq̄s cor-
dialibus cōfortatibus, & cū bono uino:
obmissis corrosiuis.

Impressum Cracoui
Anno

Scharffenberg.



Bibliothek
des
Zentral-Instituts
für
Oberschlesische Landesauforschung



zendoildis

mb

zendoildis-iztak-

ztl

zendoildis-iztak-

78342

T MF





